jedoch ohne Zinsen zu bezahlen, auch des Endes die vermahlen, nach Berichtigung des ersten und zweiten Postens überbleibende, alhier baar vorhandene Gelder unter diese sub Num. 3. benannte Creditores, bis das Schorlemmerische Rückstands-Quantum imgleichen eingehet, pro ratis einstweilen zu vertheilen.

4.) Diejenige Creditores, welche vor dem Absterben des Dabitoris Anno 1744. und 1745. zu desselben nothdürftigen Unterhalt das Ihrige hergegeben und vorgelehnet haben: Als

Die Scheinische Kinder wegen eines gelehnten Garten, Peter Stringhe, Schuhmacher Christoph Münch, Apotheker Zyppe, und Weinhändler Schulz, wegen gethaner Lieferung, auf das pro Alimentatione ausgesetzt gewesene 1/3 Dingenhöferischen Besoldung, so viel davon bey desselben am 12. Nov. 1745. erfolgten Absterben annoch rückständig gewesen, wann solches künftig von gedachtem Lt. Schorlemmer eingehet, zwar pro Ratis zu verweisen, gemeldte Forderungen und Lieferungen selbstn aber nicht weiters, als nur von der nemlichen Zeit, wovon berührter Rückstand des 1/3 herrühret, zu passiren.

5.) Das Fürstliche Stift Berchtolsgaben Kraft Obligation de Ao. 1730. mit 2689. Gulden 43 Kr. 2. Heller. nach abgeführten sämtlich vorstehenden Posten von dem Ueberrest, so weit solcher reichet, zu bezahlen.

6.) Alle andere im Liquidations-Protocoll und sonstn gedachte Creditores Hypothecarii & Chirographarii aber zu Ausföndigmachung anderweiter des Schuldners, oder dessen Ehefrau, so weit sich dieselbe Rechtsbeständig verbürget, Güther und Vermögen zu verweisen, andern denjenigen Creditoren, welche sich bey diesem Concurs gar nicht gebührend gemeldet, ein ewiges Stillschweigen anzulegen seye; Als wir hiermit classificiren, zu haben aufgeben, auch respectiv verweisen und auflegen.

OBSERVATIO CCCCLXI.

An extrajudicialis introductio Revisionis ullius effectus sit?

Nullius effectus esse nonnullis videtur, quia Recess. Imper. Noviss. §. 125. disponit, ut intra quatuor Menses praestetur Juramentum Revisionis, hoc autem extrajudicialiter praestari nequit. Incumbere itaque existimant Revidenti, ut ita mature judicialiter ad Juramentum se offerat, quo illud intra 4. Menses praestare adhuc possit, adeo ut si se hic coarctet, id illi nocere debeat. At vero alii Domini extrajudicalem interpositionem sufficere existimant, ita ut desuper existant paria totius Collegii Cameralis, istudque dubium ad plenum deferendum sit. Quamdiu igitur non decisum,

E 2

extra



extrajudicialis introductio pro sufficiente habenda, habitaque in causa Marienstadt contra Hachenburg, puncto der Bann-Mühle, in qua

Sententia d. 28. Sept. 1758. publicata.

In entschiedener Sachen der Abtey zu Marienstadt, wider Herrn Grafen zu Sayn-Hachenburg und Consorten, Citationis ad videndum se manuteneri in Possessione usus & emolumentorum Molendini Bannalis secundum proprias antecessorum competente & hucusque habità &c. nunc interpositæ Revisionis: Ist Notarius Feyerlein ad Juramentum Revisionis gelassen, und die durch Lt. Weylach producirtæ Caution vor hinlänglich angenommen, daß auf Dr von Zwiertein glaubliche Anzeige zu thun, daß der unterm 22ten May 1756. ergangener Urthel gehorsamlich gelebet seye, annoch Zeit Ein Monat pro Termino & Prorogatione von Amtswegen angezehet, mit dem Andang, wo er deme also nicht nachkommen wird, daß es alsdann bey der denen Executorialibus einverleibten Pön purè bleiben, und das Mandatum de Exequendo ohne ferneres Anrufen aus der Canzley verabsolget werden solle.

Sodann in entschiedener Sachen obgedachter Abtey zu Marienstadt, wider den Canzley-Rath Grün, wie auch intervenirenden Herrn Marggrafen zu Brandenburg-Dnolzbach und Herrn Grafen zu Sayn-Hachenburg, Mandati de Lite pendente omnia in Statu quo ante causam Abbatix Marienstadt contra Comitem de Kirchberg & Sayn-Hachenburg fuit, relinquendo S. C. ferebatur eadem Sententia, quæ in Causâ præcedente fuit lata.

OBSERVATIO CCCCLXII.

An Cautionem Revisoriam à Pralatura præstitam vitiet, quod non adsit Consensus superioris, nec constet de deliberatione facta in Capitulo.

In eadem causa Notarius Feyerlein Cautionem præstitam eo ex Capite impugnabat, quod non adesset Consensus superioris, nec constaret de deliberatione facta in Capitulo, nec de ejus Consensu.

Enimvero consideratum: wie zwar zu finden, daß Pontifex sowohl Bischöffen als Präläten Alienationes ac Oppignorationes sine suo Consensu verboten. Es ist aber vieler AUCTORUM Meynung, prohibitionem istam Pontificiam non transisse Alpes.

Wo hat man ein Exempel, daß Bischöffe oder Präläten des Reichs jemal dergleichen Consensum à Pontifice beigebracht. Es sind viel Bisthümer und Prälaturen in manibus einer anderen Religion, wer kann daran gedenken, daß solche istum Consensum Pontificis aut Imperatoris bebringen sollen? Sunt æque pia Corpora, nec illis alienare licet. In casu autem substrato nemo ab illis consensum requiret. Paritas autem servanda. Wie viele Bischöffe und Präläten veräußern nicht dieses oder jenes, oder oppignoriren dasselbe, wann die Noth ihr Bisthum oder Abtey drücket, oder wann sie einen Nutzen denenselben schaffen können. ENGEL ad Decret. lib. 3. tit. 13. num. 16. soget hierbey wohl: Superioris licentia requiritur, si est evidens causa utilitatis.

Die Prälatur will ihr auserwonnenes Recht behaupten; Utilitas igitur est evidens. Es ist auch hier keine Gefahr, daß der Prälatur jemahl etwas entgehen werde; Dann wann sie in Revisorio succumbiren sollte, so hat sie allezeit Reditus genug, das entzogene zu ersetzen; und seyend also Revidentes genugsam gesichert; plus perere nequeunt. Die Drey Güther, welche pro speciali Cautione gesetzt, und darüber Judicialis

dicialis Confirmatio beygebracht ist, mögen leicht in einem Jahr ertragen, was die Restituenda etwa in Zukunft in casum succumbentiæ ausmachen werden.

Der Nutzen, den sich der revidirende Theil durch die noviter gesetzte Mühlen schaffen könnte, kann so groß nicht seyn, weil die Orte, so zur Bann-Mühlen gehören, daran am nächsten gelegen seyn; Anderen benachbarten Orten aber nicht verboten ist, in den neuen Mühlen mahlen zu lassen. Was auch de deliberatione Capituli & ejus Consensu opponeret wird, so hat Prælatus cum Priore die Cautio unterschrieben, Prior repræsentat totum Capitulum, und da diese Cautio quasi necessitatis ist, und apertè zum Nutzen der Prælatur gereicht, so hat Prælatus, cui incumbit conservare Jura Prælaturæ, für sich allein die Gewalt, das beste des Klosters zu besorgen. Non sunt captandæ Leges in detrimentum piorum Corporum, sed rigor illarum magis est restringendus, ubi utilitas eorum id requirit, nec Leges in favorem latæ, in odium sunt detorquendæ.

Admissa itaque Cautio pro sufficiente, & pronunciatum paritorie ad Sententiam.

OBSERVATIO CCCCLXIII.

De Testamento coactio & in specie probatione coactionis ad excludendas Hæredipetarum Artes.

§. I.

Coactio libertatem ultimæ voluntatis tollit, cum tamen nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit Stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium (a). Sane coactio efficit, ut Testamentum ex alieno, cogentis nempe arbitrio pendeat; at vero factis constanter veteres decreverunt, Testamentorum Jura ipsa per se firma esse, non ex alieno arbitrio pendere debere (b). Quin itaque Testamentum coactum pro nullo habendum sit; adeoque Querelæ nullitatis locum faciat, dubio caret.

Nec obstat L. 21. §. penult. & fin. ff. quod met. caus. ex qua nonnulli Doctores sequens formant argumentum: si ea quæ metu gesta sunt, non sunt ipso jure nulla, sed rescissione indigent, sequitur, quod etiam Testamentum meto factum, non sit ipso jure nullum. Sed respondeo, dictam Legem loqui de actibus inter vivos,

§. penult. ibi: *coactus adii*, & §. fin. ibi: *coactus Hæreditatem repudiam*. secus autem est in ultimis voluntatibus: quoad has remansit æquitas naturalis, prout etiam communiter Dd. statuunt regulam, vi metuque facta summo jure valere, in ultimis voluntatibus non procedere (c).

§. 2.

Sed eo ipso oriebatur in causa Christ an Adam Dersch von Viermünden zu Salz böden Uxorio nomine Appellanten contra Friedrich Ludwig von Rodenhäusen, anseho dessen

(a) L. 1. Cod. de Sand. Eccles.

(b) L. 32. ff. de Hæred. Institut.

(c) Berger ad Lauterbach Lib. 29. Tit. 7. num. II. apud Mollenbec.



deffen Söhne, Georg Albrecht, Wilhelm und Friederich Wilhelm, sodann Sophien Margarethen von Busseß Appellaten, dubium, num & donationes atque dispositiones ceteræ ceu actus inter vivos considerandæ, ob coactionem pro nullis haberi queant, ut Querelæ nullitatis locus esset?

Negandum equidem non est, Jctos Romanos actus inter vivos & ultimæ voluntatis à se invicem distinxisse, ad illos sufficere existimantes, quod quis voluerit, etsi coacte, malum nempe minus, majoris evitandi causa, cum arbitrium iterum redeat; secus si supremæ voluntatis liberi non sit Stylus, postquam jam aliud velle non possunt, arbitriumque iterum non redeat: quæ jactura arbitrii redeuntis ipsis multo minor visa, quam jactura arbitrii non iterum redeuntis. Quam ob causam lites super illa citius finiri voluerunt, quam super hac jactura; ac propterea, quia remedium Restitutionis citius, nempe quadriennio, quam Remedium Nullitatis finitur, adeo ut pupillus vel minor etiamsi major factus intra Quadriennium Restitutionem non petierit, adhuc tamen impugnare possit Contractum ex Capite Nullitatis usque ad 30. Annos (d); factum, ut actus inter vivos illo remedio interveniente, hoc vero mediante Actus ultimæ voluntatis impugnare permiserint.

§. 3.

Notandum vero, quod interdum Actus inter vivos simulati, quibus revera ultimæ voluntates subsunt, occurrant, velut in dato casu, quo palam Donationes inter vivos celebratæ, clam vero ultimæ voluntates declaratæ.

Quemadmodum igitur actus simulatus non valet, qua simulatus, sed quatenus veritas per se subsistens subest (e); ita quoque contra istiusmodi actus inter vivos, adeoque eos, qui in casu substrato occurrebant, Remedium Nullitatis æque, ac contra ultimas voluntates locum sibi vindicat.

Ut taceam, quod TITUS statuatur, frustra asseri, quod negotium coactum summo Jure valeat, sed in Germania Restitutionis fabulæ cessent, merumque Jus Naturæ hoc in puncto obtineat, secundum quod istiusmodi actus coactus non valeat. Quamvis enim coacte agens consenserit, ob delictum tamen cogentis ad excitandam in coacto obligationem, & acquirendum Jus à cogente, consensum non sufficere, ac proin in Foro civili coactum rem amissam vindicare posse, cogentemque perinde ut furem, vel raptorem, ratione rei ablata teneri (f).

§. 4.

Cardo Quæstionis vero isto in casu in eo vertebatur, an Actores fundamentum intentionis suæ, sive Querelæ nullitatis, coactionem nempe seu vim metumve probaverint?

Probatio

(d) Berger citat. loc. Lib. 27. Tit. 9. num. 9.

(e) Stryck ad Lauterbach Lib. 11. Tit. 15. num. 12. apud Mollenbec.

(f) Ad Lauterbach Lib. IV. Tit. 11. num. 18. & 26. apud Mollenbec.

Probatio per Testes suscepta erat, contra quorum personas nihil rei exceperant, quod relevaret, quorumve Depositiones juratæ, in quantum probandum concernunt, sequentem in modum sese habebant:

Ad Artic. 8. Wahr, daß der Herr Baron von Kolzhaußen ein gar gähzorniges Naturell habe, und sonderlich seinen Domestiquen mit Fluchen, Schelten, Dräuen, und wohl gar Schlägen große Furcht einjage?

Test. 4. 5. 7. 8. 10. Affirmant.

Ad Artic. 9. Wahr, daß gedachter Herr Baron auch mehrermeldte Frau von Kolzhaußen und Junker Emmerich sel. ja seine eigene Frau Gemahlin in solcher Furcht und Schrecken gehalten, mit Schelten, Dräuen und Fluchen, daß dieselbe sich nicht regen dürfen?

Test. 4. Ja, hätte eine große Furcht vor Ihme gehabt.

Test. 7. Ja, sey auch wahr.

Test. 10. Similiter.

Ad Artic. 18. Wahr, daß die alte Frau von Kolzhaußen und Junker Emmerich, wann Ihnen in derer Notarien und Zeugen Gegenwart Verbriefungen, und Instrumenta vorgelesen worden, aus Furcht und Schrecken nicht ein Wort dagegen sagen dürfen?

Test. 4. Wann dergleichen Leute in der Stube gewesen, hätte die alte Frau von Kolzhaußen bey dem Ofen gesessen, den Kopf in dem Arm liegen gehabt, und traurig ausgesehen.

Test. 7. Er habe Sie so in Aengsten gehabt, daß Sie alles um Friede Willen gethan.

Test. 8. Similiter.

Test. 10. Das wisse Er, daß Er beyde in solcher Furcht gehabt, daß keines etwas reden dürfen.

Ad Artic. 19. Wahr, daß dieselbe bey Zeugen oft sehr über solche Furcht vor dem Herrn Baron geklaget?

Test. 6. Seye wahr.

Test. 7. Similiter.

Test. 8. Die Schwiegermutter habe gar oft über den Herrn Productum geklaget.

Test. 10. Ja gar öfters hätte Sie geklaget, über des Herrn Producti Schelten und Fluchen, und wäre doch alles Ihr.

Ad Artic. 20. Wahr, dabey gesaget, Sie müsten wohl alles bejahen, und unterschreiben, sonst breche Ihnen jener die Hälse noch?

Test. 7. Gar öfters hätte Er solches von Ihnen gehöret, cæteri nesciunt.

Ad Artic. 21. Wahr, daß beyde Personen bey solchen Briefmachereyen ihre respective Enkele, Vettern und Baasen zu Alten-Buseck Producenten meynende, über die maßen bedauert, und Ihnen gern gegönnet, daß Sie sothaner großen Vervortheilung überhoben seyn möchten?

Test. 4. Ja, es seye wahr.

Test.



Test. 7. Ja, habe oft von des Herrn Producti Schwiegermutter gehört, wann nach ihrem Tod ihre Enkel verwortheilet würden, sollte ja kein Mensch denken, daß es mit ihrem Willen geschehen, auch immer gebethen, Gott möchte ihr Ende lassen, so wollte Sie alles machen, wie es seyn sollte, damit die Enkel nicht verwortheilet würden; Da Sie aber krank worden, hätte Er Herr Productus dem Gesinde verboten, im Dorf gar nichts darvon zu sagen, habe auch nach Busset nichts sagen lassen, welches Ihme seine Tochter, welche damals bey der Frau von Kolzhaußen Mägden gewesen, gesaget;

Test. 9. Das habe die alte Frau von Kolzhaußen gesaget, daß Sie ihre Enkel be-
daure, daß Sie so verwortheilet würden.

Ad Artic. 22. Wahr, daß, wann Jemand von Producenten nach Salzböden gekom-
men, der Herr Baron von Kolzhaußen nicht gelitten, daß selbige bey der alten
Frau von Kolzhaußen und Junker Emmerich sel. einen Augenblick allein gewesen,
oder mit derselben geredet, sondern denselben alle Gelegenheit dazu benommen?

Test. 4. Affirmat.

Test. 7. Similiter.

Test. 10. Der Herr Baron hätte die Producenten nicht gerne zu Salzböden gesehen,
sondern fast allemal, wann einer kommen, Streit angefangen.

Ad Artic. 26. Wahr, daß die alte Frau von Kolzhaußen die Producenten sehr lieb
und werth gehalten?

Test. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Affirmant.

Quæ Depositiones etsi coactionem quoad Testamentum & Dispositiones quæst. in
specie non contineant, conjunctim tamen sumtæ urgentissimas coactionis etiam quoad
has inducunt præsumptiones, illam contra adhibitæ captatorias Artes, ceu delicta,
communiter militantem, penitus evertentes, & ad Artes has probandas eo magis ad-
mittendas, atque arbitrio Judicis relinquendas, quo magis ii qui eis utuntur, sedulo
cavent, ne convinci queant; sicut etiam in aliis similibus difficilem probationem ha-
bentibus materiis admittuntur, juxtà GAIL. (g), ZANGER (h), MASCARD (i). Existi-
mandum utique cum CARPZOVIO (k), deficientibus aliis præsumtionibus, vel solam
confessionem Testatoris privatam, coactæ voluntatis facere probationem, si nempe
dixerit coram Testibus, se invitum verbis asperioribus fuisse compulsus ad Testa-
menti factionem, & malle se id mutare, si Bona Heredis instituti pace hoc facere
posset. Et MOLLER rectissime hoc procedere, inquit (l), etiamsi non exprimat no-
men ejus, à quo se coactum dicit.

§. 5.

(g) Lib. 2. Obs. 93. num. 19.

(h) de Exceptionibus Part. 3. cap. 13. num. 83.

(i) de Probationibus Conclus. 1057. num. 10, & 12.

(k) Part. III. Cap. V. Definit. XII.

(l) Lib. 3. Semestr. 32. num. 1.

§. 5.

Hanc CARPZOVII Sententiam justam atque à JCtis Helmstadiensibus, sequentibus verbis:

Wir fallen darinnen dem Kläger bey, daß dergleichen Extorsion ganz wohl durch solche Zeugen, gegen welche der Testator darüber geklagt, erwiesen werden könne, comprobata, recte deprædicat b. à LEYSER (m).

Etenim talis Testatoris assertio non est tam Testimonium, quàm potius declaratio quædam, qualitatis expositæ prius in Testamento voluntatis, quam vitio compulsionis affectam esse, hoc ipso significat (n).

Etsi autem aliquando suspiciones & conjecturæ quæ contra Hæredipetam adferuntur, tam fortes gravesque esse possint, ut animum Judicis plene convincant, & ad simpliciter condemnandum moveant (hanc enim Judicibus facultatem Jura nostra tribuunt, ut si per conjecturas etiam sibi satis probatum credant, damnare possint) (o), æque ac in præsentî casu de adhibita coactione Testes se convictos fatebantur, deponentes

Ad Artic. 30. Wahr, Zeuge auch wisse und glaube, daß alles, was die Frau von Rolschhausen und Junfer Emmerich sel. zum Nachtheil derer Producenten unterschrieben, und bejahet, Sie nicht angegeben, und ihr Wille nicht gewesen, sondern solches aus Furcht und Zwang thun müssen?

Test. 4. Ja, glaube es.

Test. 7. Ja, das glaube Er: Dann Sie in großer Furcht gewesen.

Test. 8. Es habe einmal der Herr Productus alles was im Hause gewesen, aufgeschrieben, und solches seiner Schwiegermutter in Zeugens Gegenwart vorgelesen, diese habe aber weder Ja noch Nein dazu gesagt, sondern still geschwiegen, und wie er glaube, alles aus Furcht.

Test. 9. Glaube er wohl.

Test. 10. Das wäre gewiß.

Qui tamen omnes

Ad Artic. 2. Wahr, daß Zeuge die verstorbene alte Frau von Rolschhausen, den Junfer Emmerich sel. und den gegenwärtig noch lebenden Herrn von Rolschhausen wohl kenne, und um aller Dreyen Thun und Lassen wohl wisse?

affirmative deposuere;

Attamen ob suspiciones gravissimas Hæredipetam confessim damnari, rarius fieri testatur, DE LEYSER (p) quia plerumque dubium adhuc superest; velut in præsentî casu illæ rem dubiam reliquerunt, quoniam Depositiones Testium, quibus innitebantur,

ad

(m) in *Meditat. ad Pandect. Specim CCCLXXV. Coroll. pag. 819.*

(u) *Kurrer de Testamento coactio thes. 13.*

(o) *De Leyser citat. loc. XXXIII. XXXIV.*

(p) *citat. loc.*



ad Testamentum & Dispositiones quæst. in specie ita non erant directæ, ut Judici fecissent fidem plenam.

§. 6.

Cæterum præsumptiones istas urgentissimas conjunctim sumtas, in casu substrato ad minimum semiplene, quemadmodum alias probare (q), eo magis dubio carebat, quo minus gener ipse Christoph. Frider. de Roltzhausen diffiteri poterat, quod dispositionem aliam ante Testamentum quæst. conditam, ad avertendam coactionis suspicionem, quam contra se habebat, cassaverit, uti etiam cassatum Instrumentum in Originali productum. Qualitas autem semel posita, semper præsumitur existere, nisi probetur sublata (r), nec mutatio præsumitur, cum factum præsupponat (s). Quale vero hic occurrebat, quod contrariam operaretur præsumtionem? Dispositiones quæst. non majori solennitate sunt conditæ, quam dictum Instrumentum cassatum. Quid ergo liberam voluntatem quoad illas evinceret, quam quoad hoc defecisse, ipsa Pars appellans fatebatur? Accedit, quod Regimen Weilburgense in Litteris Informativibus ad Augustissimam Cameram Imperialem de severitate rei Christoph. Frider. de Roltzhausen, in prius contra Uxorem & Filiam, atque horum Actione, desuper instituta, testatum, imo Uxor ipsa confessata fuerit, daß Ihn seine Conduite endlich nach der Marburg in eine Captivität gebracht.

Tantum igitur abest, ut contra semiplenam probationem in substrato casu ex præsumtionibus urgentissimis deductam, & alias Juramento suppletorio locum facientem, præsumptiones in contrarium adfuerint, quæ delationem Juramenti suppletorii impediunt, juxta CARPZOV. (t), BERLICH. (u), & MENOCH. (x), ut potius ob modo adductam circumstantiam, & qualitatem personæ Christoph. Frider. de Roltzhausen, (zu der man sich der That zu versehen) causa nonnisi mediante Juramento suppletorio decidi potuerit. Quo casu eidem citra omne dubium locus est: siquidem Juramentum suppletorium non deferretur nisi de necessitate, quando alia ratione res semiplene probata decidi non potest secundum GAIL. (y), & COLER. (z), quod Judex inspectis personarum & causæ circumstantiis arbitratur, ut ait PONTIFEX (aa); qui eam ob causam Juramentum suppletorium etiam a parte non petitum ex officio deferre potest (bb).

Et

(q) Boehmer in Jur. Ecclesiast. Protestant. Tom. I. Lib. 2. Tit. 24. pag. 1314.

(r) Barbosa Lib. XI. Cap. X. Ax. IV.

(s) Boehmer Jur. Ecclesiast. Protestant. Lib. II. Tit. XXIII. §. 5.

(t) Part. I. cap. 23. definit. 10. num. 7.

(u) Part. I. Conclus. 54. num. 50.

(x) de Præsumtionibus Lib. I. Præsumt. 82.

(y) Lib. I. Obs. 108. num. 6.

(z) Process. Executiv. Part. I. cap. 10. num. 141.

(aa) in cap. final. X. de Jurejurand.

(bb) Carpzov. Part. I. Constitut. 23. Definit. I.



Et quidem eo magis hic probatio per Juramentum suppletorium perficienda erat, quod Pars appellata Domina de Buseck Testatricem apud se de coactione conquestam fuisse, adeoque ejus rei indubitam & sensualem notitiam sese habere, asseruerat, qualem ille qui hoc Juramentum subire vult, habere debet (cc), & (dd).

§. 7.

Quid quod! perpendamus Depositionem Testis IIdi.

Ad Interrogat. Special. 4. ad Artic. 8. Ob er sonstien überhaupt gehöret, daß der Productin Vater einen Menschen betrogen, oder verwortheilet?

Er wisse nicht, daß der Frau Productin Vater jemals Jemand betrogen und verwortheilet habe, auffer Er habe einmal derselben Frau Großmutter zu der Frau von Buseck, Nahmens Sophie ihrem Enkel sagen hören, wann ich todt bin, und etwas kommt, was wider dich und deine Kinder ist, das widerspreche du, der Hauptert (so ein Kaiserlicher Notarius gewesen) und mein Tochtermann haben mir einen Bogen Papier gebracht, und gesagt, ich sollte meinen Nahmen und Pertschaft darauf setzen, was aber darauf geschrieben worden, wisse Sie nicht, hierauf habe die gedachte Frau Sophie von Buseck zu ihme Deponenten gesagt: Meister Jacob das behaltet mir.

Quæ Depositio Testis omni exceptione majoris jurati, super accedens in Instantia Appellationis; cum & alias probatio in secunda Instantia admittatur, etsi in prima Terminus probatorius à Judice præscriptus elapsus sit (ee), si sola adesset, semiplene probaret, cum unus Testis omni exceptione major semiplene probet (ff).

Cur non ergo statuamus, in substrato casu, adminiculantibus tot aliis Depositionibus supra allegatis, plusquam semiplene probatum fuisse? præsertim si adhuc consideremus, quod Pastor Stein in secunda Instantia ad Interrogat. Special. 6. ad Artic. 16. juratò deposuerit:

Daß wegen nicht habenden Hauß • Friedens Klag (von der Großmutter und Dinkel) geschehen seye.

Quo etiam collineant Depositiones

Ad Artic. 10. Wahr, daß er die alte Frau von Nolkshausen beständig (f. v.) eine alte B. . . , alte Heze, alte Sau und Bettelhund, den Junker Emmerich sel. aber einen alten lahmen Schelmen gescholten habe?

Test. 7. Seye auch wahr, und habe er öfters gehöret, daß der Herr Baron von Nolkshausen seinen Schwager Emmerich einen Bettel • Caspar, die Schwiegermutter aber eine Bettel • B. . . gescholten.

Test. 10. Bettel • Hunde und Lapp • Aersche habe er beyde gescholten.

F 2

§. 8.

(cc) Bruckmann Volum. I. Consil. 10. num. 93.

(dd) Lyncker Decis. 7.

(ee) Hällens. Consil. Lib. 1. 73. num. 7.

(ff) Boehmer in Jure Digestor. Lib. 22. Tit. 3. §. 9.



§. 8.

In Actis tam primæ quàm secundæ Instantiæ à parte rea modo Appellante contra imputatam Coactionem, & Juramentum suppletorium, ejus causa præstandum, sequentia obmota erant.

1.) Quod Testes, quibus nullitas Testamenti, ceu fundamentum Actionis institutæ probaretur, ad Depositionem in contumaciam, & absque Interrogatoriis admissi fuerint, cum tamen reus Exceptionem incompetentis Actionis opposuerit, nec Litem contestatus fuerit; atque adeo totus iste Actus Examinis Testium nullus sit,

vi tot. tit. X. ut Lite non contestata non proced. ad Test. recept.

At vero cum Dominæ de Roltzhhausen, Matri Dominæ de Derfch, Restitutio in integrum, contra omnia Acta & Actitata petita, denegata, tantumque quoad probationem Exceptionum, in Sententia Heidelbergensi concessa fuerit, hæcque in rem judicatam transferit; nihil amplius supererat; quo Judicialis iste Actus Examinis Testium impugnari potuisset.

Eoque magis ille in Contumaciam suspiciendus erat, elapsis tot ad reproduendum Articulos Probatoriales communicatos, & exhibendum Interrogatoria Terminis præclusivis, rejectaque in Camera Imperiali, ab ea, quæ desuper lata erat Interlocutoria, interpolita Appellatione, quo magis metuendum erat, ne ob senium Testium, Actores, & quidem ex intentione rearum, probatione penitus privarentur, quæ tamen, juxta notoria Juris, magis facilitanda, quam restringenda.

Regula equidem est, ante L. C. Testes recipi non posse: eadem vero intelligenda de Examine ordinario. Datur vero etiam extraordinarium ad perpetuam rei memoriam, quod consistit in receptione & Examine Testium ante litem vel motam vel contestatam, quando metus instat, ne intra moras Depositio Testium pereat, & veritas occultetur, qualis metus in casu præsentis instabat, prout ex solo Rescripto Regiminis Weilburgici de 3. Junii 1722., rei judicatæ superstructo apparebat.

Ex quo simul, ut & Protocollis Litis contestatio ficta, rei legitimè & peremptoriè citati, contumaciter tamen post Testium citationem peremptoriam absentis, patescit. Illa enim dicitur, quæ ex contumacia rei legitimè & peremptoriè citati nascitur: quodsi enim post Testium citationem, quæ peremptoria est, vel post unam tres in se continentem Citationes contumaciter abest, Jure Civili Lis pro negativè contestata habetur, ut procedi possit ad receptionem Testium, & Sententiã definitivam (gg.)

Pro fundamento oppositæ Exceptionis incompetentis Actionis, allegabantur clausulæ, quarumvis Hæreditatis portionum privativæ, Dispositioni geminatæ de Anno 1711. contra Transgressores insertæ, cum illæ, Possessorio ab Actoribus derelicto, omnem eorundem intentionem in Petitorio quoque perimant.

Quoniam autem dicta tota Dispositio ex Capite Nullitatis impugnabatur; tantum abest, ut & Clausulæ istæ ceu labe Coactionis affectæ impugnatæ fuerint, ut potius illæ ipsæ duras dolosasque Sollicitationes arguerint. Unde omnio Actorum

intererat

(gg) Boehmer Jur. Ecclesiast. Protestant. Lib. II. Tit. 5. §. 2.



intererat agere, sicque dictæ in limine Judicii oppositæ Exceptionis fundamentum cessaverat, utpote quod in eo collocandum, quod Actoris non interfit agere (hh).

§. 9.

Equidem

II.) Domina de Dersch, per Sententiam Heidelbergensem contra omnia Acta & Actitata priora, usque Libellum, in integrum restituta sibi videbatur. Sed tenor Literalis Sententiæ, ulterius quam ad probationem Exceptionum, motæ Actioni oppositarum, sese non extendebat, cui tamen dicta rea contumaciter sese subduxerat. Terminus enim 14. dierum d. 10. Novembris 1731. ipsi præfixus, probatorius erat. Hic autem per notoria Juris, peremptorius est, licet ita, ut dilatio concedi possit (ii), quæ etiam in casu substrato non una, sed trina, attamen ultima vice sub pœna præclusi concessa fuerat.

Verum ne hæc quidem comminatio, Dominam de Dersch, ad parendum Sententiæ in rem judicatam prolapsæ permoverat, quin potius ad eam eludendam, currente Termine Exceptiones exhibuerat, in quibus ea tantum repetebantur, quæ centies à Patre & Matre nude asserta, quorum autem probatio ipsi injuncta: allegans ceu impedimentum nondum susceptæ probationis quod nesciverit, quinam isti numeri essent, quorum mentionem Sententia Heidelbergensis injecerat, adeoque probandum ipsam latuerit, cum tamen illud ex sola denominatione Exceptionum, *derer wider die erhobene Klage vorgestellter Exceptionum*, sat abunde colligere potuisset; ut proin ignorantia ipsius pro affectata, nec tali habenda fuerit, quæ obstitisset, quo minus Jenenses, comminationem purificando, ream contumacem ab ulteriori probatione præcludere potuissent.

Si quidem alias Termine probatorio elapso mox Jus quæsitum adversario, præfertim si contumaciam alterius accuset: & dilationum materia, ut lites præcidantur amputanda est, maxime quando causa à parte petentis injusta, & propterea animus litem protrahendi apparet, quæ duæ causæ obstant, quo minus favor quem alias Jura erga reos eorumque defensionem habent, locum invenire queat, præponderante odio erga contumaces, inprimis Hæredipetas, latius descripto à Dn. DE BARTENSTEIN (kk).

Nec præcipiti cursu ad asperiora in hac causa, præclusionem nempe deventum, sed mitiora tentata, concessa trina dilatione ad suscipiendam reprobationem Exceptionum: quo ipso illud observatum, quod L. B. AB ENDE desiderat (ll), ad gravissimam nempe contumaciæ vindictam, pedetentim & gradatim pervenire decere.

F 3

Denique

(hh) *Leibius Respons. Jur. XXII. pag. 289. cum allegat. Zanger. de Exceptionibus Part. 3. Cap. 20.*

(ii) *Mencken ad Lauterbach Lib. XXII. Tit. III. num. 40. apud Mollenbeck*

(kk) *In Dissertat. de Hæredipetis.*

(ll) *In Commentat. de Fatalium rigore iniquo pœnisque contumaciæ temperandis Cap. II. §. 6.*



Denique omnis apparens asperitas prorsus evanescit, si æqua mentis lance ponderemus, quod rea de Dersch modo Appellans in secunda Instantia ad reprobationem admissa fuerit, & duo Testes ad Interrogatoria ista depofuerint, quæ ad Articulos probatorios exhibuerat, etsi dicta Testium illi magis ob quam profuerint. Ita se inauditam condemnari amplius conqueri non poterat, auditis iis Testibus quos ipsamet produxerat. Sunt illa Attestata Testium loco probationis Exceptionum jam à Patre Christophoro Friderico de Roltzhausen Actioni motæ objectarum, ac dein ab ipsa recoctarum, nec non loco Triplicarum, quas sine istis se exhibere non posse Procurator in Recessu de 28. Martii 1738. in Protocoll. Judic. confessus, minime tamen post eorum publicationem exhibuerat, quoniam eadem Parti suæ magis contraria quam proficua deprehendebat. Id quod dein huic illo mortuo anam dederat ultteriores moras neſtendi, in locum antea substituti Procuratoris alium principaliter surrogando, ut is sub prætextu novæ informationis necessariæ, pro prorogatione Terminii substituto præfixi supplicare, sic que litem immortalem reddere posset: cui tamen à Judice per conclusionem causæ ex officio occurrendum.

§. 10.

Quod autem

III. Testes non admittendi fuissent, contra Instrumenta à Literatis condita, & probata, nempe non solum judicialiter prævia causæ cognitione, sed & Juramento confirmata, id quod omnem fraudis suspicionem excluderet; ex eo refellitur, quod contra ipsa Instrumenta guarentigiata Probationes, & Testes, maxime in Judicio ordinario admittantur. Et quamvis confirmatio Judicialis omnem fraudem excludere videatur, eadem tamen nihil novi dat, nec Instrumento majorem vim addit, quam antea habuit, nec actum invalidum firmat (mm), semperque intelligitur fieri salvo Jure tertii (nn), sicut etiam hic verbis expressis facta. Nec confirmatio judicialis id efficit, ut Contractus pro judicialiter prævia causæ cognitione celebrato habeatur (oo), multo minus itaque rei judicatæ æquiparari potest ad quam tamen in præsentis casu ob confirmationes judiciales, constanter jam olim reus Christoph. Frider. de Roltzhausen provocaverat, qui vero causæ cognitionem præcessisse, nunquam probaverat.

Similiterque sese res quoad Juramentum habet, utpote quod nihil Actioni super qua interponitur, addit, recipitque omnes Qualitates & Conditiones ejus Actus, cui adjicitur; adeoque si ille ob deficientem liberum consensum nullus, illud quoque nullum censendum (pp). Ut taceamus, quod illud in Testamentis adhibitum insolitum & superfluum sit; cautela vero superflua & insolita, suspicionem haud levem Actus minus integre gesti operetur (qq).

§. 11.

(mm) *Horn Class. 9. Respons. 20. pag. 550.*

(nn) *Gail. Lib. 2. Obs. 1. num. 14.*

(oo) *Horn citat. loc. Class. 16. Respons. 7. pag. 12316.*

(pp) *Cap. 2. § 25. X. de Jurejurand.*

(qq) *Stryk de Cautel. Contract. cap. 1. §. 15.*



§. 11.

Quod vero

IV.) Dolosa causa inductiva Testamenti tot Testibus probari debeat, quod solet ipsum Testamentum fieri, Doctrina quidem LEIBII est (rr): quæ tamen infirmo nititur talo, quippe qui non bene distinxit, an Testes solennitatis, an vero probationis gratia adhibeantur.

Prius obtinet, quando in Testamentis condendis 7. adhibentur Testes, posterius vero, quando ad probandum metum Testatori injectum, Testes producuntur. Cur in casu Testamenti, in duorum vel trium ore veritas non æque consistat, ac in aliis? Quænam hic ratio disparitatis, ubi nulla requiritur solennitas? Duo Testes plene probare possunt, quod voluntas ultima, solenniter coram 7. aliis declarata, importunis Sollicitationibus extorta sit.

§. 12.

Unde nihil movet

V.) Quod Testes, qui divisionem inter Liberos ejusque confirmationem subscriperunt, easdem rite conditas pronunciaverint. De eo deposuere solummodo

Daß all dasjenige, so darinnen enthalten, und Ihnen von Wort zu Wort klärtlich vorgelesen worden, in allem wahr und richtig seye.

quod certe importunas Sollicitationes & metum non tollit. Nescivere Testes, quid præcesserit, quidque metuendum fuerit Testatrici, voluntatem suam ultimam declaranti. Verba auribus percepere, minime mentem, ab illis plane abhorrentem; adeoque de illis, minime de hac illorum valet Testimonium, quod nempe iste sonus verborum fuerit Testatrici nec alterius: an vero cum vel sine mente, ipsorum non erat judicare. Impediverunt illi unum tantum Artium Hæredipetarum genus, quod improbissimum falsi genus vocat PLINIUS, ne scilicet falsum Testamentum supponeretur, Testatorque subornaretur (ss), metum autem Testatori injectum ceu alterum genus, impedire non potuerunt; consequenter nec testari, quod ille cessaverit, sed quoad hunc solummodo attendenda ipsius Testatoris, de vera nec simulata animi sui Sententia assertio, eoque respiciendum, quomodo illa probata sit, an plene an semiplene, an plus vel minus quam semiplene, quò dignosci possit, an statim reus condemnari debeat, an vero Juramento suppletorio vel purgatorio locus sit.

§. 13.

Neque illud, quod opponebatur

VI.) Rem magis conficit, Testes nimirum à Parte appellata seu Actoribus productos, generaliter nec specificè de vi metuve in eliciendis dispositionibus quæst. adhibitis deposuisse, nec aliter deponere potuisse, cum nec in Articulis dispositiones à se invicem distinctæ fuerint, Testamentum nempe, insecutaque donatio inter vivos, ab

ea

(rr) *Respons.* 22. pag. 293.

(ss) *Conf. De Barthenstein citat. loc. pag. 56.*



ea dispositione, quæ antea condita, atque à reo ipso cassata, quam ob causam statim in limine Articuli tanquam impertinentes rejiciendi fuissent.

Facillime hoc eliditur, modo perpendamus, id tantum inde sequi, quod probatio adeo perfecta non sit, ut vi ejus Pars rea statim condemnari posset; nihilominus vero præsumptiones coactionis ex Depositionibus istis simul sumtis resultantibus gravissimæ, adeo ut semiplene ad minimum probent, sicque Juramento suppletorio locum faciant: Huic enim locus est, si semiplene sive per Testes sive per Documenta sive Conjecturas & Præsumptiones probatum (tt). Vehementissimam præsumptionem vel solæ Depositiones ad Artic. 21. operabantur, quod nempe Testatrix querenda voluntati suæ contrarium declaraverit, quando Nepotes post mortem suam læsi deprehenderentur sicut in præsentis casu contigit, sive dein læsio ab hac, sive ab illa dispositione provenerit perinde est, intuitu ipsius, quamcunque istiusmodi dispositionem quæ post mortem suam contra Nepotes produceretur, reprobantis. Ecquomodo subintelligere potuit cassatam dispositionem, quam scivit cassatam esse, adeoque unquam generum producturum, non credit?

§. 14.

Nec licet

VII.) Ad LEIBIUM citat. loc. provocare, statuentem, Præsumptiones ad probandam coactionem non sufficere, sed clarissimas atque apertissimas probationes requiri. Plurimi namque Doctores, in diversam abeunt Sententiam, nec haud abs re. Etenim probationem, inquit, LEYSERUS (uu) difficillimam reddit calliditas eorum, qui Artibus captatoriis utuntur. Cavent quippe hi sedulo ne convinci queant. Cur non igitur hic, velut in aliis similibus difficilem probationem habentibus Materiis, sufficerent Præsumptiones & Conjecturæ? quæ Judicis arbitrio relinquuntur, sunt verba MÜLLERI ad STRUVIUM (xx).

Et quod magis! à Depositionibus reliquis omnibus abstrahamus, eique soli inhæreamus, quæ supra de Teste add. ad Interrogat. Special. 4. ad Artic. 8. adducta; per hanc semiplene, nec tantum per Præsumptiones, Coactionem quoad Dispositiones quæst. post mortem Testatricis productas, adeo probatam esse, quisque fatebitur, ut super accedente suppletorio Juramento de eadem amplius dubitare, ratio vetet, sicque adhuc contra rationem quid desideraretur, saltem ad defectum istum minimum supplendum, Depositiones reliquæ & Præsumptiones inde resultantibus admittendæ essent.

§. 15.

Obnotum

VIII.) Coactionem de qua Testes deposuere, talem non esse, quæ in virum constantem caderet: de armis namque, cruciatiu corporis, periculo salutis, verberibus, & aliis

(tt) *Mev. Part. 5. Decis. 173. Wernher Compend. Jur. Lib. 4. Tit. 21. §. 2. Rivin. ad Ordinat. Process. Saxon. Tit. 30. En. 1.*

(uu) *cit. loc. Meditat. XXXII.*

(xx) *Lib. 29. Tit. 6. (a) X.*

& aliis atrocitatibus, ipsos filere, jam à LEYSERO (yy) profligatum. Neque enim, inquit, in hac coactione talem metum, qualis in constantem virum cadit, & qui alias in Restitutione in integrum ex capite metus requiritur, desideramus. Ultima voluntates maximam libertatem requirunt, atque adeo omnia quæ illam turbant, irritæ efficiuntur: ac porro est coactio non solum, quando quis membra alicujus inviti & reluctantis vi quadam extrinseca ex gr. ad scribendum Testamentum applicat, sed tunc præcipue, quando quis minacibus asperioribus verbis Testatorem, ut vel totam Hæreditatem vel Legatum sibi relinquat compellit.

Nec quid refert, vis ista armata sit, nec ne (zz), neque facti atrocitas hic omnino necessaria est, sed verba quandoque pro subjecti præprimis qualitate, aspera ad vim talis modi inferendam sufficiunt (aaa). Minæ quoque graves, justum in ultimis voluntatibus incutiunt metum, nec interest, si tempore Testamenti conditi intervernerint, siue Testamentum præcesserint, quia durat eadem causa metus, & cogendi potestas (bbb). Si jam Dispositiones Testium inspiciamus, in iisdem non solum verba aspera, sed & minas atroces deprehendimus, quibus & facta non minus aspera accedunt, quæ ex Depositionibus sequentibus elucent. Ita enim

Ad Artic. 11. Wahr, daß die alte Frau von Koltshausen, und Junker Emmerich sel. aus sothaner furchtsamen Verfassung niemalen mit dem Herrn Baron von Koltshausen essen dürfen noch mögen?

Test. 7. Ja, seye wahr.

Test. 10. Ja, Sie hätten allein speisen müssen.

Test. 8. & 9. De Matre sola affirmant; de Filio nesciunt.

Ad Artic. 12. Wahr, daß derselbe beyde Personen auch gar schlecht und weit geringer am Essen und Trinken, als sich selbst gehalten?

Test. 7. Ja, das wäre auch wahr.

Test. 10. Ja.

Test. 8. & 9. De sola Matre iterum affirmant.

Ad Artic. 13. Wahr, daß dieselbe oft geklaget, Sie müßten anstatt der Herr von Koltshausen guten Wein und Bier trünke, Covent, und Wasser saufen, und wäre doch alles ihr eigen.

Test. 7. Ja, diese Worte habe Er öfters von des Herren Producti alten Schwiegermutter gehöret.

Test. 8. Daß die Schwiegermutter articulirter massen gehalten worden, wäre wahr, daß Sie aber darüber geklaget, hätte Er nicht gehöret.

Test.

(yy) *cit. loc. Meditat., VII.*

(zz) *Manzius in Tractat. de Testamento valido & invalido Tit. III. Quæst. I. num. 33.*

(aaa) *Kurrer de Testamento coacto thes. 5.*

(bbb) *Idem loc. citat. num. 51.*



Test. 9. Geflaget habe die alte Frau von Holtshausen gegen Jhn nicht, es wäre aber doch wahr, was geschrieben seye.

Test. 10. Ja, seye auch wahr.

Quæ facta dura luculentissime comprobant, generum erga socrum ita sese gefisse, ut quodcunque ille voluerit, ipsi ceu malum minus majoris evitandi gratia placuerit, spe fretæ fore, ut in extremo adhuc vitæ Articulo, coactam voluntatem revocare possit.

§. 16.

Et si vero

IX.) Revocatio ista cessaverit, sicque illud locum habere videatur, quod LEYSERUS statuit (ccc), Testamentum illicitis Artibus extortum convalescere, si deinde perseverantia Testatoris apparet, nihilominus obmotum inde petium minimè substitit: siquidem juxtà Testium Depositionem ad Artic. 21. & 22. socrus voluntatem suam coactam revocare impedita, Nepotibus non permisso à genero libero ad eandem aditu, morboque ipsius celato. Unde cessat, quod supponit LEYSERUS, Testatricem plenam post Depositiones coactas libertatem adeptam fuisse: cum in ipso ultimo vitæ Articulo libere disponere, & præjudicium Nepotibus per coactionem illatum tollere, præpedita fuerit, prout animo secundum Attestata Testium superius allegata, constitutum habebat.

§. 17.

Multo minus itaque

X.) Divisionis maternæ in Anno 1711. facta repetitio, seu geminatio, ad infendam voluntatis libertatem quid juvabat.

Eadem non minus quoad hanc, quam illam substitit causa, idem nempe metus, quem usque ad extremum vitæ Articulum duraturum esse, socrus ipsamet coram Testibus declaraverat, quoniam post mortem pace illa domestica non amplius indigebat, ad quam in vita obtinendam, metum à genero sibi incuti passa fuerat. Quapropter hic locus est illi trito: geminationes & iterationes actuum nihil operari posse, si in subsequenteribus idem defectus & vitium interveniat, quod in primo (ddd).

§. 18.

Similiter

XI.) In vanum abit, quod excipiendo ceu Argumentum grave in contrariam partem adductum, quasi Actores Testamentum cæterasque Dispositiones agnoverint, mutuo accipiendo à Testatrice pecunias. Sit quod factum ita sese habeat, quis inde argumentabitur ad agnitionem voluntatis ultimæ, quam Testatrix ipsamet agnosci volebat? Et sit, quod pecunias istas in portionem Hereditariam computandas mutuo accepissent; tantum abest, ut propterea Testamentum agnovissent, ut potius de Successione ab intestato cogitantes, Successionem aliam nempe Testamentariam haud agnoverint.

(ccc) citat. loc. Meditat. XVII.

(ddd) Besold. Volum. 3. Consil. 142. num. 127. 128.

agnoverint. Sane qui voluntatem in casu substrato tacitam ultra Successionem ab intestato extendit, eandem ultra factum ex quo colligitur, extendit, contra sanam rationem veritatem, ne voluntas tacita, quæ ex actu colligitur extendatur ultra, quam ex ipso actu inferatur de necessitate (eee). Præterea factum ipsum in Actis nondum in aprico positum, sed in divisione Hæreditatis demum, quando punctus Collationis discutiendus, ad liquidum perducendum erat.

§. 19.

Ex qua ratione nec

XII.) Prætensa melioratio Bonorum Roltzhausenorum, ante tempora rei Christoph. Frider. de Roltzhausen deterioratorum, intentioni Actorum modo Partis appellatæ obesse poterat; nam & ea ad dictum punctum illiquidum Collationis pertinebat, nec tam clare in Actis jam probata erat, ut impedivisset, quo minus probatio per Præsumptiones urgentissimas plus quam semiplena in Actis extans mediante Juramento suppletorio perficeretur, sicque causa testati ad causam intestati reduceretur. Quo facto demum oriebatur Quæstio, quid & quantum à Parte appellata appellanti meliorationum loco deberetur, eidem disertis verbis in Sententia à qua reservatum. Ecquæso sub incudem revocemus, meliorationum probationem per Testes reprobatoriales. Hi nesciebant, an ex Bonis rei de Roltzhausen provenerint, nec de aliis ipsis constabat, quam quas stercoratio, & diligens cultura producant. Ita enim

Ad Artic. 5. Wahr, daß der Herr von Roltzhausen sothanes Guth mit seinen vielen Zehenden und geführten Processen in allem wieder verbessere, und Lebensmittel herbeneschaffet?

Test. 1. Das wäre wahr, und wisse Er, daß solches geschehen seye.

Test. 2. Das könne Er auch nicht anders sagen, als daß der Herr von Roltzhausen das Guth in einen besseren Stand gebracht.

Interrogator. Special. 1. Woher Zeuge diesen Articul wahr sagen könne?

Test. 1. Das könne Er bey seinem guten Gewissen sagen.

Test. 2. Woher Er Herr von Roltzhausen das Guth in einen besseren Stand gebracht, könne Er nicht sagen.

Interrogator. Special. 2. Ob Frau Reproducentin Water von dem Seinigen was an das Guth gewendet?

Test. 1. Da wisse Er nichts von.

Test. 2. Das wisse Er nicht.

Interrogator. Special. 3. Wo selbiger das Seinige gehabt, und hergebracht?

Test. 1. Wer Ihm das sagen wolle, Er wisse es nicht.

Test. 2. Das wäre Ihm wieder nicht bekannt.

Interrogator. Special. 4. Was und wie viel derselbe gehabt, ehe Er geheyrathet?

Test. 1. Das wisse Er auch nicht.

Test. 2. Wäre ihm wieder unbekannt.

G 2

Interrogat.

(eee) Conf. Opusc. m. Tom II. Opusc. XXXV.



Interrogat. Special. 6. Worinnen die Verbesserung bestanden?

Test. 1. Mit Pferden und Dung.

Test. 2. Glaube in gutem Fleiß und Arbeit.

Ad quas Meliorationes omnes illi tenentur, qui fructibus ex Prædio gaudent.

Ita vero

Ad Interrogat. Special. 7. Ob nicht Frau Reproducentin Herr Vater das Guth, und alles benuzet, und die Großmutter, wie auch Mutter & Bruder gar schlecht gehalten?

Test. 1. Das Guth habe er ganz benuzet, vom übrigen wisse Er nichts.

Test. 2. Das Guth habe Er benuzet, vom übrigen wisse Er nichts.

Porro eo minus hic punctus illiquidus Meliorationum ob stare poterat, quo minus punctus Principalis nullitatis dispositionum mediante Juramento suppletorio ad liquidum perduceretur, quo magis adhuc ab Actoribus seu parte Appellata reo Christoph. Frider. de Roltzhausen interversio Capitalis Badenburgici imputabatur, de quo tamen

Ad Interrogat. Special. 8. Von was vor Processen Frau Reproducentin Herrn Vater Geld bekommen?

Test. 1. Herr von Roltzhausen habe Geld von dem Badenbergrischen Proceß von den Erben von Schrautenbach bekommen.

§. 20.

Multove minus decisionem puncti illius Principalis impedire poterat punctus qui XIII.) Urgebatur Feudi Aviti Fridelhusani ab Antecessoribus Partis Appellatæ prætenſe alienati. Vix tactus hic ab Actoribus in Actis primæ Instantiæ, atque adeo incertus erat, ac illiquidus, ut nequidem retentionem prætenſam fundaverit, cujus tamen intuitu potissimum, ut & occasione prohibita devastationis Sylvæ Roltzhusanæ, à reo in Judicium deductus erat. Retentio enim in illiquidis & incertis locum non habet. Nec retentio aliter locum habet, quam si debitum cum ipsa re retinenda connexitatem quandam habet (fff), at vero res retinenda dimidia Pars Hæreditatis Maternæ Claræ Julianæ de Roltzhausen erat: inter quam & Feudum Avitum Fridelhusanum prætenſe alienatum nulla connexio.

§. 21.

Sed porro

XIV.) Instabat Pars appellans, tamenſi suspicio coactionis adesset, minime tamen Jaramento suppletorio, sed purgatorio in Sententia à qua locum concedendum esse, cum favorabiliores sint Partes rei, quam Actoris, & Jura proniora ad absolvendum, quam ad condemnandum sint, adeo ut ipse LEYSERUS suppletorium unquam in istiusmodi casu delatum fuisse, non recordetur (ggg).

Verum

(fff. Boehmer Consultaz. Tom. II. Consil. 309. 7. 9. & 968. 25. Conf. Obs. m. Jur. Univers. Tom. I. pag. 676.

(ggg) citat. loc. Meditat. XXXIII. seqq.

Verum enim vero Axiomata hæc universalis non sunt, supponuntque paritatem probationum (hhh): quæ in substrato casu deficiebat, siquidem à parte Appellatorum plusquam semiplena probatio aderat. Quoniam itaque rerum circumstantias Judex ponderare & ex iis judicare debet, an Reus an Actor majorem veritatis præsumtionem pro se habeat (iii) majorem sane hoc in casu pro parte Appellata quam Appellante militare veritatis præsumtionem, quisque vel ex solo confessato Christoph. Frider. de Roltzhausen factò cassatæ cessionis collegerit, utpote quo reliquæ præsumptiones urgentissimæ, contra partem Appellantem militantes, adhuc magis confirmantur; ut adeo illi haud immerito major fides habenda fuerit. Judex vero præferre potest jurare volentem in supplementum alteri, qui purgatorium subire vult, si priori major fides haberi queat, ob urgentissimas circumstantias (kkk): præsertim cum in deferendo hoc Juramento multum arbitrio Judicis relictum sit, inspectis causæ & personarum circumstantiis (lll).

§. 22.

Non magis proderat

XV.) Causam arduam esse, quod præstito Juramento maximum commodum in juramentum redundaret; in arduis vero supplementum haud admitti.

At potiori Jure eo respectu causa præfens ad arduas referenda fuisset, quod Artes illicitas captatorias ceu crimen concernant: Civili enim, ait ALEXANDER Imperator L. I. Cod. si quis aliquem testari prohib., disceprationi crimen adjungitur, si Testator non sua sponte Testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui Hæres est institutus, vel à quolibet aliquos noluerit, scripsit Hæredes. Si autem civiliter ex delicto agitur, prout in præfenti casu actum, communiter admittitur supplementum (mmm.) Nec magis Pars appellata, quam Appellans de lucro captando certabat. Hæc totam Hæreditatem lucrari intendebat, quæ pro parte dimidia ab intestato illi debebatur. Et quamvis illa Testis in propria causa constituta fuerit, hoc tamen Juri non contrariatur in casu Juramenti supplementii. Constituitur omninò probaturus mediante isto Juramento, Testis in propria causa, sine adversarii consensu & delatione, eamque ob causam gravissimæ adesse debent causæ si hoc Juramentum deferri queat (nnn), quas in præfenti casu haud defecisse, ex hæctenus deductis liquet.

§. 23.

Insuper & illud

XVI.) Contra personam jurantis excipiebatur, quod esset egens, Fœmina 70. Annorum, cujus folius Juramento, omnia Documenta, Dispositionis nempe, Cessionis

G 3

(hhh) *Barbofa voce Reus, XI.*

(iii) *Carpzov. Part. I. Cap. 23. Definit. 8. Menoch. Lib. 2. Art. 1. & cas. 190. num. 19.*

(kkk) *Lyncher. Decif. 407.*

(lll) *Cap. ult. §. ult. X. de Jurejurand.*

(mmm) *Boehmer. in Jur. Ecclesiast. Protestant, Lib. II. Tit. XXIV. §. LXXIV.*

(nnn) *Idem citat. loc. §. LXXI.*



nis & Donationis etsi à Magistratu loci confirmata, annullarentur. Ejus autem infirmitas statim inde elucescit, quod jurans hoc in casu fungatur vice Testis; atque adeo quæ fidem hujus non minuunt, nec fidem illius labefactent. Jam vero in Teste minime ad externam qualitatem accidentalem, sed internam seu ad mores & vitæ integritatem respiciendum est, contra quam in Appellata nihil excipi poterat ab Appellante. Paupertas neminem suspectum facit, sed mores. Equidem Jctus in L. 3. de Testibus ait, examinandum esse, an Testis egens sit, sed statim addit: ut lucri causa, quid facile admittat, de quo contra Appellatam in Actis nulla extabat probatio. Nec sexus differentia integritatem mutat. Laborant Masculi vitiis æque ac Feminae (ooo).

Æque minus senium mores, & rectitudinem vivendi sanitatemque consilii mutat. Sanæ mentis perseverantia præsumenda etiam in sene.

§. 24.

Unde nec

XVII.) Metuendum erat ne Appellata de Buseck, ob senectutem ad Reservationes mentales delaberetur, cessionemque cassatam subintelligeret, jurans secundum Formulam generalem, Aviam coram se Dispositionem quamcunque Nepotibus contrariam reprobasse. Cum senes in periculo mortis esse dicantur, talis defectus integritatis animi de ipsis minime præsumendus, sed memores salutis æternæ nihil in facto asserere censendi sunt, quam cujus exactissimam habent notitiam. Unde etiam si varia atque contraria sit Testium de facto aliquo depositio, senibus sæpius magis quam juvenibus credi solet (ppp). Ec qua ratione Appellata de Buseck subintelligere potuisset dispositionem cassatam, quam nequidem Avia Clara Juliana de Koltzhausen subintelligere poterat? Illa juraret vi Sententiæ à qua:

Wie sie aus ihrer Großmutter Munde gehöret, daß sie ihrem Tochtermann vieles unterschreiben müssen, welches sie nicht gewußt, was es gewesen, und da solches hiernächst zu Tage käme, und ihnen zuwider wäre, sie solches nicht sollte gelten lassen etc.

De dispositione cassata vero Domina de Dersch sequentia proferebat: den Aufsaß Lit. A. hat meine sel. Mutter, weisen Sie (Großmutter) übel damit zufrieden, mit ihrer eignen Hand ausgestrichen. Unde prono profuit alveo, quod hanc dispositionem Clara Juliana ibi subintelligere non potuerit, ubi de Dispositione locuta, cujus tenorem ignorabat: quia Dispositionis cassatæ tenor ipsi ignotus haud erat, imo eundem sibi contrarium judicaverat. Denique in Libello Gravaminum Appellans de Dispositione cassata asserit:

Welche von dem Herrn von Koltzhausen als Tochtermann selbst, da Er gehöret, als ob Ihm einige Coactio, vis & metus bengemessen würde, NB. in Beyseyn der Frau Schwiegermutter cassiret, cancelliret worden.

Quomodo

(ooo) *Idem loc. citat. Lib. II. Tit. XIX.*

(ppp) *Decian Volum. 2. Consil. 8. num. 14.*

Quomodo ergo hanc intelligere potuit ibi, ubi de Dispositione locuta, quæ post mortem suam in præjudicium Nepotum produci posset, sciens illam in præsentia sua cassatam esse?

Ex quo evidens, Formulam jurandi in Sententia à qua præscriptam, nec nimis generalem fuisse, nec reservationibus mentalibus locum concessisse.

§. 25.

Nec proin

XVIII.) Hilum faciebat contra hanc Formulam, quod donationem & cessionem Emmerici Ludwigi de Roltzhausen, itidem in Sententia à qua annullatam, ne verbo quidem tangat.

Id necesse non erat. Si enim nullæ sunt Dispositiones quæst., nulla quoque est cessio Claræ Julianæ, qua in Filium quotam suam Hæreditariam transtulerat, adhuc in vivis existens, nec non renunciatio Hæreditatis ipsius in iisdem quoque contenta. Sine his vero nec subsistit cessio Emmerici Ludwigi, in favorem Christoph. Frider. de Roltzhausen facta.

Hæcque profecto causam dedit duobus istis Actibus; adeoque cum Testes non solum de metu Matris sed & Filii deposuerint, ex eodem fonte singulæ hæ Dispositiones derivandæ erant; consequenter non mirum, cur una annullata, alteram quoque corruere existimatum fuerit.

§. 26.

Unde Sententia publicata d. 10. Martii 1747.

In Sachen Christian Adam Dersch von Viermünden Uxorio nomine Appellanten eines, wider Weiland Friedrich Ludwig von Rodenhausen, nunmehr dessen Erben in Actis benannt, und Sophien Margarethen von Busch Appellanten andern Theils: Ist die Sache von Amtswegen für beschloffen angenommen, und allem An- und Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger Instanz so viel die Hauptsache betrifft, wohl geurtheilet, übel davon appelliret, dahero sothane Urthel zu confirmiren und bestätigen seye; Als wir hiermit confirmiren und bestätigen, die Gerichtskosten derentwegen aufgelaufen, aus bewegenden Ursachen gegeneinander compensirend und vergleichend.

Darauf ist nach Absterben Wilhelm Eitel von Busch desselben nachgelassenen Wittib der mit Appellantin Sophien Margarethen von Busch zu Ablegung des ihr in ermeldter Urthel in Supplementum auferlegten Eids, in eigener Person, oder durch einen hierzu speciäliher genugsam bevollmächtigten Anwalt Zeit ad primam post Ferias Paschales präfigiret, und angeleget.

Es bleibet jedoch dem Appellanten, falls derselbe wegen der (7) sub Num. 6. producirten Großmütterlichen Disposition vom 20ten Januar 1696. etwas in specie annoch zu fordern vermeynen sollte; das Original hiervon innerhalb vorgebacher Zeit zu produciren, und seine daraus machen wollende Ansprüche deutlich vorzubringen, unbenommen, sondern vorbehalten.

Dann solle sich Dr. Seipp Rahmens der Ehe-Consortin des Appellanten in vorbestimmter Frist ebenfalls principaliter behörig legitimiren.

OBSER-



OBSERVATIO CCCCLXIV.

Si res vendita, qualitate naturali requisita non destituta, nihilominus vero Emtor ex eo damnum percipit, Venditor ipsi ad illud resarciendum, non tenetur.

Eo casu res vitiosa non dicenda (a), damnumque perceptum pro casuali habendum est, siquidem res vendita non vitiosa esse, & nihilominus nociva esse potest præter naturam. Quale damnum casuali æquiparandum.

Casum vero nemo præstat, nisi qui ipsum expresse suscepit. Imputet itaque Emtor sibi, quod indemnificationem, si quod damnum ex re vendita perciperet, expresse stipulatus non fuerit. Omne rei venditæ periculum spectat regulariter ad emtorem, quamprimum consensu venditio perfecta est, etiamsi res vendita necdum sit tradita, aut pretium numeratum: multo magis igitur, si res tradita, & diu tanquam non vitiosa retenta, pretiumque, saltem pro parte, solutum, argumento Tituli ff. de periculo & commodo rei venditæ.

Pone itaque istiusmodi Emtorem à Venditore ad residuum pretii conventum, reconveniendo ad indemnitatem; consequenter Actione emti experiri, quippe quæ ob vitia tempore Contractus hodie quoque datur; Venditor certe à reconventionem absolvendus, Emtor vero condemnandus esset, uti etiam contigit in causa Grandchamps contra Florentin, ex Rationibus Judicis à quo sequentibus, quas firmo talo niti Domini existimarunt:

Es kommt darauf nicht an, ob dem Beklagten Florentin viele Bouteilles zersprungen. Es würde auch nicht genug seyn, wann (wie jedoch noch nicht eins von zweyen Zeugen vorgegeben wird) die zersprungene Bouteilles von Klägern geliefert worden zu seyn angewiesen wäre; sondern dieses hätte vor allem Rechtsbeständig erprobet werden müssen, daß der Kläger Grandchamps dem Beklagten Florentin seine Bouteilles oder Flaschen von solch r guter Qualität zu seyn garantiret, daß auch die stärkste Weine dieselbe nicht könnten zerspringen machen, und im widrigen dafür keine Zahlung fordern zu wollen, versprochen hätte, als darinnen des Beklagten Reconvention bestanden hat.

Wann aber keiner derer vorbrachten Attestanten von allem diesem nicht die allgeringste Erwähnung gethan; auch kein einziger derer Attestantium positivè erkläret hat, daß die zersprungene Bouteilles eben diejenige wären, welche der Kläger Grandchamps geliefert hätte: Mithin nicht eins constiret, daß derselbe keine Kauffmanns-Waare geliefert, hingegen vielmehr zu muthmassen, daß die Flaschen gut und tüchtig gewesen, weil oben angeführter massen die Lieferungen deren Bouteilles und Flaschen in denen Jahren 1743. und 1744. geschehen, hingegen von Beklagtem mehr als ein ganz Jahr darauf abschlägige Zahlungen, ohne einige Meldung oder Protestation wegen zersprungener Flaschen, verfügert worden seynd, wo jedannoch dieselbe zur Zeit der verfügerten Zahlung die härteste Proben bereits ausgestanden hatten, ja durch die abschlägig beschlossene Zahlung von Beklagtem gar auf die vermeyntliche Reconvention renunciret worden.

(a) Boehmer, de Actionibus pag. 589.

den zu seyn, de Jure supponiret wird, qui enim Partem debiti solvit & ulteriorem solutionem absque ullâ protestatione appromittit, totum agnoscit.

Dann wie ist wohl vernünftig zu muthmassen, da der Beklagte mehr denn Vier Tausend Reichsthaler Schaden durch die von Klägern geieferte Boucilles vorgeblich erlitten haben soll, und solchen reconveniendo eingeklaget hat, daß derselbe dem Klägern Hundert Reichsthaler abschlägig abführen, für den Rest Credit begehren, und bald etwas mehreres zu schicken angeloben solle, wann desselben Reconvention bey ihme selbst einigen Anschein gehabt hätte?

Intendebat vim horum argumentorum, quod Pars appellans ipse concesserit, daß der Champagner-Wein, wann er gefüllt wird, erst seine Stärke bekomme.

Unde Sententia confirmatoria Mense Januarii 1759. publicata.

OBSERVATIO CCCCLXV.

Status Provinciales per Deputationes cum tertiis valide contrahunt.

In causa Appellationis Mailfaire contra Status Leodienses objectum Litis erat die ver-
diente Belohnung für die mühsame Ausrechnung des Mailfaire opponebaturque ab Appellatis in puncto provisionis decretæ solutionis, illam Diætam quæ Summam 9581 Florenorum ipsi assignasset, à trium Statuum Deputatis, nunc Appellatis distinctam, sicque bina separata Corpora diversis negotiis præposita esse, imo eorum quolibet diversum habere ararium. Appellans vero regerebat, Diætam seu Juntam quæstionis & Appellatos non esse diversa Corpora, sed unum idemque Corpus, ac prius saltem Deputationem esse ex Patriæ Leodiensis Statibus: id quod ex parte Appellatorum contradici haud poterat, potius erant confessi, oblationem quanti mentionati à Deputatis Statuum pro redimenda vexa factam, ast ab ipsis, illa non acceptata ex post revocata esse. Sufficiebat ex hac confessione constare, Appellantem Mailfaire pro isto præstito sat magno labore, majorem quam 1500. Imperialium promeruisse Summam.

Ideoque, & quia notorium existimabatur, Status Provinciales ubique locorum non per Corpora, sed per Deputationes cum tertiis valide contrahere, licet inter se ipsa Corpora diversa sint; d. 20. Decembris 1759. Sententia publicata.

In Causa Joannis Ludovici Mailfaire Pauperis, contra Status &c. Proclama in puncto Executionis provisorii ulterioribus ohmotis iterum rejectis contra Scabinos Leodienses petitum decernimus, ac Doctori Kuland ad agendum, quod decet in Causa Principali vel ad pure submittendum tempus 2 Mens. pro Termino & Prorogatione ex officio & sub præjudicio præfigimus, Procuratores utriusque partis, ut abstineant ab omnibus injurijs expressionibus ac Recessibus oralibus Causæ materialia tractantibus, jerio & cum reservatione severioris animadversionis, admonentes.

GRAM. Observ. T. II.

H

OBSER-



Actio ad edendum vel conficiendum Inventarium, una cum Hæreditatis petitione, etiam extra locum Domicilii rei institui potest.

In causa des vormaligen Amtsverwesers zu Ettenheim Joseph Thomas contra die Fürstlich-Strasburgische Regierung zu Zabern, sodann die Geschwistere Maria Anna, Theresia und Franz Joseph Thomas supplicans proponebat, daß die klagend eingeführte Actio de edendo, vel exhibendo Inventario bekanntlich mere personalis seye, und also unterm 23ten May 1759. vor der Fürstlich-Strasburgischen Regierung zu Zabern wider ihn um so verspäteter angestellt, folglich auch notorie incompetenter wider ihn, wie gebeten, resolvoiret worden, als er sein voriges Domicilium zu Ettenheim schon gar lange vorher im Jahr 1758. verlassen, und dasselbe in der Reichsstadt Gengenbach neuerlich wieder fixiret gehabt, mithin von der Zeit an in Actionibus personalibus unter derselben alleinigen Jurisdictionszwang gestanden, und noch stehe; solchemnach das Regierungs-Resolutum vom 23ten May 1759. mit dem Vitio Nullitatis ex Capite incompetentiæ, quoad punctum injunctæ Editionis Inventarii offenbar beflecket sey.

At enimvero distinguendum an dicta Actio principaliter, an ceu annexum Hæreditatis petitionis, instituta sit.

Hac enim agitur ad hoc, ut Hæreditas cum omni causa secundum Inventarium restituatur, & Actor Hæres declaretur.

Daß mir die Erbschaft ex Testamento zustehet, und Beklagter mir dieselbe cum Fructibus perceptis & percipiendis NB. vermittelt eines beständigen Inventarii, oder in dessen Ermanglung eidlichen Specification abzutreten, auch allen Schaden und Unkosten zu erstatten schuldig (a).

Unde HORN recte statuit (b), qui petit partem Hæreditatis & gestæ Administrationis rationes simul tacite & per indirectum, Inventarii vel juratæ specificationis editionem petere.

Quemadmodum itaque Hæreditatis petitio, extra locum Domicilii in Foro rei sitæ competenter instituitur (c); ita etiam Actio ad edendum vel conficiendum Inventarium, cum ista, tanquam Actione universali, ibi, vel ubi Successio aperta, competenter instituitur.

Hinc cum illa in causa supplicaretur, pro decernendo Mandato de cassando Decreta, puncto confectionis Inventarii jurati, & Arresti prætenforum Maternorum, post dudum factam horum divisionem tam incompetenter, quam præpostere & nulliter emanata, sicque prætenfos Actores ad viam Juris & Forum rei competens remittendo S. C. d. 8. Januarii 1760. decretum: Abgeschlagen.

OBSER-

(a) Boehmer. de Actionibus Sect. II. Cap. III. §. XVII.

(b) Clav. 12. Respons. 91. pag. 919 h.

(c) Rivin. ad Ordinat. Process. Saxon. Tit. II. En. 6.

OBSERVATIO CCCCLXVII.

Quid Officiali ad Rationis reddendas obligato ad effectum præstandæ Liquidationis, permittendum sit?

Id cognitu non est difficile; ex causa Schönhard contra Erbach: in qua ad supplicam pro decernendo Mandato arctiori retrò petito unà cum Mandato Executionis cassatorio & inhibitorio, ut & de concedenda sine ulla mora inspectione, & collatione derer Quittungsbücher, ad effectum præstandæ Liquidationis, nec non permittendo liquidandorum exactionem, eamque quovis modo promovendo, examinandis & distrahendis observata omni legalitate rationibus, sicque non viâ facti, sed Juris procedendo S. C. annexa Citatione solitâ, d. 26. Maji 1758. decret. judicialiter, und ist die Verordnung dahin, daß Supplicanten Principalen zu Verfertigung derer Liquidationen alle nöthige Mittel, besonders die Einsicht derer Quittungsbücher und Conferirung mit seinen Heebregistern länger nicht geweigert, ihm selbst die Veytreibung seiner Liquidandorum gestattet, und dazu die Obrigkeitliche Hülf, wann Er solche verlanget, geleistet, das Veygetriebene aber so lang, bis seine nahmhafte Activ-Recess und respectivè gethaner baarer Vorschuß bezahlet, in seiner Hand gelassen, übrigens aber seine sämtliche vorlängst übergebene Rechnungen unverzüglich, observata omni Legalitate abgehöret, und einweilen bis auf dieses Kaiserlichen Kammergerichts weitere Verordnung die Erequenten, ohnentgeltlich, und bey Straf Fünf Mark löthigen Goldes wieder abgerufen, auch wie solches geschehen, Zeit Bierzechen Tage angezeiget werden solle, erkannt.

Quam insecuta Sententia Mense Octobris 1758. publicata.

In Sachen Johann Michael Schönhard, wider vermittelte Frau Gräfin von Erbach, Mandati restitutorii in officium pristinum, & Dignitates cum omnibus annexis Emolumentis &c. C. C. Ist die durch Lt. Helfrich den 25ten Sept. a. c. extrajudicialiter übergebene Supplicam ad Acta zu registriren verordnet, darauf sein darin beschehen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen, sondern Dr. von Zwierelein mehr hinlängliche Anzeige zu thun, daß der insinuirten und reproducirten Verordnung vom 26ten May a. c. alles ihres Inhalts vollkommen gelebet seye, Zeit Ein Monath pro Termino & Prorogatione von Amtswegen angesetzt, mit dem Anhang, wo er deme also nicht nachkommen wird, daß seine Principalen in die berührter Verordnung einverleibte Straf sällig erkläret seyn, und auf Lt. Helfrichs ferneres Anrufen schärfere Verordnung ergehen solle: Dann wird Dr. von Zwierelein, ad duplicandum, und was er sonst annoch zu handeln vermeynet, bezubringen, und zu submittiren, die gebettene Frist jedoch nur auf Ein Monath sub præjudicio verstattet und angesetzt.

OBSERVATIO CCCCLXVIII.

Ad Summam appellabilem, si quis juraverit, sibi non ultra 2000. Florenos in bonis esse, sufficiunt 300. Floreni, nec requiritur demonstratio facultatum antecedanea.

Videbatur hæc necessaria in causa Lindenhorstische Bier Eingefessene, Hein, Western, und Consorten, contra Beuerhaus Wittib, & quidem vi verborum Recess. Imper. Noviss. §. 114.: auf daß um geringen Vermögens willen, Niemand an seinen Rechten

verfürzet, oder hülflos gelassen werde, so ordnen und wollen Wir, daß wann ein Appellant NB. in Ermangelung genügsamer Nachrichten von der Obrigkeit und Untergerichte, worunter derselbe gefessen und begüthert, wie auch, wann keine sonderbare Gefahr des Meyneides erscheinen thäte, vermittelst eines Leiblichen Eides erhalten kann, daß sein Vermögen sich nicht über Zwey Tausend Gulden erstrecket, wann er in Sententia um Drey Hundert Gulden, so viel das Capital anlanget, beschwehret wäre, daß ihm die Prozesse erkannt, und in der Sache, was Recht ist, geurtheilet werden solle.

Quodsi vero metus perjurii cessat, ante Juramentum non requiri probationem antecedaneam, nec demonstrationem, rationis est, ob finem introducti Juramenti, & observantia.

Unde post decretum d. 5. Decembris 1754. emanatum: Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern wofern Supplicant Summam appellabilem besser als geschehen darthun wird, soll feiner ergehen, was Rechtens; ad Supplicam ulteriorem tenoris: Zur unterthänigsten Folgeleistung des unterm 5ten dieses ergangenen gnädigsten Decreti offeriret sich Anwald, vermög bengehenden Special-Gewalts Jüngern Reichs Abschieds §. 114. gemäß, das Juramentum in die Seele seiner Principalen dahin, daß dieselbe über Zwey Tausend Gulden nicht im Vermögen haben, in primo reproductionis Termino abzulegen, und bittet Eurer rc. geruhen dieses ad fundandam Summam appellabilem als hinlänglich anzunehmen, und die vorhin gebethene Processus zu erkennen, d. 25. Januarii 1755. decret.

Auf jeg- und vorige Narrata send die gebethene Appellations-Processe, jedoch daß Supplicantis Principales den offerirten Eid in primo reproductionis Termino abschwören lassen, erkannt, und Fatalia à dato auf Zwey Monat erstrecket, übriges Begehren aber Facta reproductione judicialiter.

O B S E R V A T I O CCCCLXIX.

Non evanescit Substitutio Fideicommissaria ex sola fiduciarii negligentia in non parendo Legi ipsi impositæ.

Istiusmodi conditio mere respectu fiduciarii censenda est potestativa; consequenter juxta illius naturam pro impleta haberi debet. In Jure Civili receptum est inquit ULPIANUS (Lib. 77. ad Edictum), quoties per eum, cujus interest conditionem non impleri, fiat quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem & legata, & ad Hæredum institutiones perducitur; quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

Cui consonat Juris Consulti Responsum in L. 5. §. 5. ff. quando dies legati cedit; si qua conditio, inquit, quæ per legatarium non stat quo minus impleatur, sed aut per Hæredem aut per ejus personam in cujus persona jussus est parere conditioni dies legati cedit, quoniam pro impleta habetur, ut puta si jussus sim Hæredi decem dare & ille accipere nolit.

Eo

Eo quoque respicit **ULPIANI** Sententia in *L. 34. §. 4. ff. de Legat. 2.* ubi : si ea conditione, liberto Fideicommissum relictum est, ne à Filiis ejus recederet & per Tutores factum est, quo minus conditionem impleret, iniquum est, eum, qui sit inculpatus, emolumento Fideicommissi carere.

Huc pariter spectat quod scribit **SABINUS** in *L. 3. §. 10. ff. de Statu Liberis*, verb.: non solum autem si Hæres moram facit libertati, sed & si Tutor vel Curator vel Procurator, vel alius quivis in cujus persona conditioni parendum est, libertatem competere dicemus, & sanè hoc Jure utimur in Statu libero, ut sufficiat per eum non stare, quo minus conditioni pareat.

Uno verbo : pro regula generali tradit **PAULUS** in *L. 8. §. 1. ff. de Condit. & Demonstrat.* tunc demum pro impletâ haberi conditionem, cum per eum stat, quo si impleta esset, debiturus erat.

Sic si stet per Hæredem, quo minus conditio Legati impleatur, Legatum debetur, quia Hæredis interest, eam non impleri, ut Legatum retineat (*L. 81. ff. de Condit. & Demonstrat.*)

Ita in causa Abbatis St. Huberti in Ardennis & Baronis D'Eynatten D'Aubee pro eo intervenientis contra Baronissam de Sommalle & Consort. Appellat. occurrit dicto Baroni Appellanti imposita Lex & conditio in Pacto dotali de Anno 1698., extinguendi census redimibiles Dominia in Matrimonii subsidium donata afficientes, quæ mere potestativa respectu ejus censenda : siquidem in ejus arbitrio positum erat, dictæ conditioni parere, aut eam infringere.

Hinc hujus conditionis non adimpletio, Regressusque Patris ad Bona antea cessa seu donata ea propter insecutus, operari non potuit everisionem Fideicommissi, separato Articulo in favorem Filiarum & respectivè Sororum Appellatarum stabiliti, sed respectu earum conditio pro impleta haberi debebat, ne esset in potestate Filii seu Appellantis, Parentum communium providentiam pio sancitam affectu eludere, qui ea mente substitutionem Fideicommissariam in Pactis Dotalibus ordinaverant, ut dicta Dominia præclara in Filium Appellantem cessa eo fine Liberis mortuo in Familia seu in binas Filias has Appellatas devolverentur, juxta ea quæ in simili propemodum casu docet **STOCKMANN** Curia Brabantia Cancellarius (a).

Quibus accedit, quod conditio primâ, extinguendi census, nullam connexitatem haberet cum Lege Reversionis decreta, adeoque defectus primæ Conditionis mere potestativæ, non potuisset causare caducitatem secundæ, cum separatorum separata debeat esse ratio, & ex separatis non inferatur de uno ad aliud.

Eadem nihilominus perdurat causa finalis, etsi Conditio prima defecerit, ut nempe bona in Familia conservarentur. Cur non itaque eadem permaneret voluntas? Nec mutari potest voluntas Pacto ante nuptiali declarata, morteque unius Patriscentium confirmata, sed irrevocabile est Jus succedendi istiusmodi Pacto qua-

H 3 fitum,

(a) *Decif. 43.*

suum, etsi ultimis voluntatibus propter dispositionem de successione proxime accedere videatur (b).

In causa Reck contra Reck hæc thesis firmiter in Camera stabilita: Pacta Dotalia etsi de Successione disponant, Testamento posteriori revocari non posse; consequenter nec tacita voluntate contraria posteriori; quia taciti & expressi in Jure eadem vis est.

Ergo nec in substrato Pacta Dotalia sive substitutio Fideicommissaria à Parentibus conjunctim in iisdem facta mutari potuerunt, & quidem æque minus Testamento, sive conjunctivum sive particulare supponas, at regressu ad bona donata. Tantum abest quoque, ut iisdem Parentes prærelata substitutioni Fideicommissariae quidquam per subsecutas Dispositiones detraxerint, ut potius in iisdem dictæ reversionis clausulæ tenaciter inhæserint, Testamento conjunctivo determinantes tantum modum in Fideicommissio succedendi seu portiones Filiarum æquales, si purificata Fideicommissi Lege, succederent: sicut Testamentum particulare de Bonis reliquis Fideicommissariae substitutionis vinculo non illigatis & per Testamentum conjunctivum superstiti reservatis, velut mobilibus disposuit, ita ut Filius libera de iis disponendi facultate polleret, nec eadem ad Filias, nisi is absque dispositione succederet, devolverentur.

Præterea huic particulari Testamento expressè adjecta erat clausula, per quam Testator mandavit & injunxit Appellanti, quatenus adimpleret omnes Ordinationes in communi Testamento præscriptas, quod tamen relativum est ad Pactum dotale de Anno 1698.

Quid quod spes Filiarum succedendi in Bonis istis Pacto ante nuptiali de Anno 1698. & Testamento conjunctivo quaesita ceu augmentum Dotis influxit in Contractum nuptialem Anno 1705. inter Mariam Barbaram Theodoram Baronissam d'Eynatten unam & Appellatis & Baronem de Masburg de Sommalle interveniente Patre celebratum, clarissimo Argumento eundem nullatenus voluisse dicta Pacta dotalia immutare.

Sique ea fuisset Testatoris annihilandi Fideicommissum intentio, claris id certe significasset verbis; derogationem formalem importantibus.

Inde, & quia adæquate ad casum propositum, consuetudinem Leodiensem illustrator DE MEAN (c) inquit: idem est, etsi non roget, ut restituat, sed vel stipuletur vel conveniat, ut Hæreditas vel Bona revertantur, quia æqualiter Fideicommissum inferunt; Sententiæ Scabinorum Leodiensem atque Consilii ordinarii pro existentia Fideicommissi lata, confirmatæ sunt.

Sententia d. 6. Octobris 1758. publicat.

In Causâ Abbatis & Monasterii Sti. Huberti in Ardennis, modo Comitum de Horrion & Consort. Appellantium ex unâ contra N. de Sommale & Consort. Appellatas ex alterâ Partibus, Causam pro conclusa acceptantes dicimus & pronunciamus, malè appellatum, benè judicatum,

(b) *Conf. Mean Obs. 55. num. 33.*

(c) *Obs. 484. num. 4.*

judicatum, adeoque sententiam priorem confirmandam, idque cum ista declaratione & extensione, quod Appellata in Bona à Fratre relicta & in Pactis de Anno 1698. cum clausula reversionis expressa & specificata ergo Cautionem in Reccessu Lti. Werner d. 7. Julii a. c. oblatam immittenda, ita tamen ut Abbati Appellanti ad solvendum annue 1000. Floren. Brabanticos ex dictis Bonis, donec, quis Capitale solvere teneatur, judicatum fuerit, obligata, de reliquo vero pravia supradicta Immiffione, Appellantibus ratione pratenforum Capitalium legitime Trebellianice & 100. Duplionum deductio ulterior in hac Camera Imperiali reservanda sit, prout hisce pronunciamus, immittimus & reservamus, Appellantes in Expensas in hac Imperiali Judicio desuper causatas Appellatis, salvo nostro Judiciali moderamine, refundendas condemnantes.

Annex. Executor.

OBSERVATIO CCCCLXX.

An duplex Quarta in Fideicommissis conventionalibus & fructiferis, de Jure in specie Leodiensi à Filio gravato detrahi possit?

§. I.

Quatenus ex Fideicommissis Legitima & Trebellianica debeantur, jam determinavi Observat. CCCCLXXI. statuens, quod in Fideicommissis Familie perpetuis detractio non obtineat.

Sic vero cognitu non est difficile, ubi talia Fideicommissa perpetua non adsunt, sed restricta ad primum Gradum occurrunt, ibi etiam pradeducta cessare, detractio- nique locum esse.

§. 2.

Ita in casu Observationis precedentis, petita contra Sententiam ibi adductam declaratione, quaestio supra formata, cardo totius causae erat. Pro negativa scilicet à Fideicommissio conventionali Familie perpetuo & fructifero, nec Legitimam nec Trebellianicam à Filio, de Jure communi & Germaniae unquam detrahi, omni conatu & viribus, non pauca sed summi ponderis Argumenta congescit b. DE LUDEWIG (a). Praecipua ejus Argumenta sunt, 1.) Filium pluribus Annis fructificando totam Bonorum Massam abundantem, legitime compensationem habere, & 2.) detrahendo in pluribus casibus Fideicommissi perpetui Familie Trebellianicam, mox totum ad nihilum redactum, & hoc intentioni fideicommittentis contrarium fore. Eidemque Sententiae subscripserunt, KNIPCHILD (b), LINCKER (c), HEIMBURG (d).

Et vel maxime de Fideicommissio ex Pacto Trebellianicam deduci non posse, quod Leges Romanae & Senatus Consultum Trebellianum de solo casu Testamenti loquantur, iures docent JCTi (e), id insuper pro ratione non levi allegantes, quod, dum fidu- ciarius

(a) de Legitima & Trebellianica exule in Fideicommiss.

(b) de Fideicommiss. cap. 6. num. 169.

(c) Decis. 1259.

(d) de Different. Jur. Commun. & German. in Doctrin. de Fideicommiss. cap. 3. §. 27. conf. Opusc. m. Tom. II. Opusc. XXII. & XXIV

(e) Peregrin. de Fideicommiss. Artic. 51. num. 22, Voet. ad ff. Lib. 36. Tit. I. num. 57.



ciarius voluntarie per Pactum sine protestatione & reservatione Legitimæ atque Trebellianicæ in Fideicommissum, & prohibitionem alienationis consenserit, per id detractio istarum Quartarum renunciaverit, velut Filius Hæres scriptus Fideicommissio Hæreditatis universæ gravatus, eique se sine reservatione immiscens, Legitimam ex post petere non posset (f).

§. 3.

Ad defendendam in contrarium hujus Quæstionis affirmativam, utramque scilicet Quartam à Filio Fideicommissio in diem vel sub conditione gravato omni Jure & Praxi deducere posse, laborem non exiguum & præcipuum impendit FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT (g), cui Sententiæ quoque ex sensu Legum Romanarum præcipue L. 6. Cod. ad Sct. Trebellian. pluribus rationibus adhæsit VOËTIUS (h), quamve affirmativam pro Fideicommissio tam ex Testamento, quam ex Pacto in Patria Leodiensi adoptatam, multisque in judicando præjudiciis conformibus stabilitam esse, Testis est DE MEAN (i).

§. 4.

Ipsaque Lex positiva Leodiensis Artic. 7. hoc indubitatum reddit, verbis: quand le Pere ajoute au traité de Mariage de son Enfant, clause de Retour à faute d'Hoirs, arrivant la condition, telle clause doit avoir lieu, sauf ce que de Droit peut competer à l'Enfant: quæ verba finalia superflua essent, nisi per id indicaretur ex Jure communi in hunc casum reversionis sive restituendi Fideicommissi, aliquid Juris, Legitimam nempe & Trebellianicam deducendi, Liberis superesse, & salvam fore.

Ipsæ etiam hic Textus Statutorum Leodiensium illud à parte Appellata obmotum removet dubium, quasi in Fideicommissio conventionali sive ex Pacto, detractio Quartarum non obtineret, cum ista Lex principaliter de Fideicommissio in Pactis Dotalibus per clausulam reversionis stabilito loquatur (k).

Hancque duplicem Quartam semissem totius Fideicommissi efficere, si Legitima uti in casu dicto, est triens, ex Jure Leodiensi deducit idem DE MEAN (l), ita ut, cum Filius restituere debeat in certum diem vel post mortem sine Liberis, prout præsens est casus favore Filiorum, Fructus è Bonis Fideicommissariis interea perceptos nec in Legitimam, nec in Trebellianicam imputet (m), sive Bona Nepotibus, Fratribus vel extraneis restituat (n).

§. 5.

(f) *Conf. Opusc. m. Tom. II. Opusc. XXIII. de Cautela Socini abund.*

(g) *In Tractat. de Successionibus Part. I. Tractat. 2. de Jure deduc. duas Quartas.*

(h) *ad ff. Lib. 5. Tit. 2. num. 14. seqq.*

(i) *Obs. 72.*

(k) *Idem Obs. 17 num. 5.*

(l) *Obj. 72. num. 8. Item Obs. 486. Gall. lib. 2. Obs. 119. & 121.*

(m) *per L. scimus. Cod. de inoffic. Testament. L. 6. Cod. ad Sct. Trebellian. Gall. lib. 2. obs. 133. De Mean obs. 72. num. 4. Item obs. 446. num. 9. Item obs. 486. 487.*

(n) *ab ff. Lib. 36. Tit. 1. num 51.*

§. 5.

Hæcque vera & justa reddunt Attestata super hoc puncto à Judiciis Leodiensibus ad hanc causam prodita & ab Interveniante in [59.] [60.] [61.] producta.

Atque potissima Sententiæ contrariæ ratio hic cessabat, quoniam in præsens Fideicommissum Familiæ perpetuum non aderat, sed vi Pactorum de Anno 1698. & Testamenti conjunctivi de 1705. solæ Filix earumque repræsentantes ad Successionem vocatæ sunt, absque quod de ulterioribus Descendentibus, vel Collateralibus mentio facta, quo casu & præcipue dum Fœminæ vocantur, tam de Jure communi (o), quam Leodiensi Fideicommissum Familiæ perpetuum exulat (p).

§. 6.

Concurrerebat Quæstio secunda, an in præsentî casu Duplicis hujus Quartæ detractio à certis tantum Bonis pro Fideicommissio declaratis locum haberet? Cesserat nempe Pater Ferd. Carol. d'Eynatten cum Uxore Maria Carol. de S. Fontaine Filio suo Carolo Philippo in contractis ab eo cum Philippina d'Erp Pactis Dotalibus 19. Junii 1698. Dominia d'Abbée & Serg cum Appertinentiis, Feudum de Resimont, Villam la Paille de Bouhaille, pratum in Libois, omnia ab Avunculo de Blehen acquisita, cum prætensionibus contra Jesuitas Namurienses & Parochum de Resimont, cum Juribus in Dominium Despegni & aliis contra Comitem d'Arbert competentibus atque hæc Bona statim & post obitum Parentum Bona de S. Fontaine Villas de Puca, S. Lambert Fontaine, Advocatiam des Avents, redditum 400. Floren. super condraiso, redditum 256. Floren. super Longue.

De his Bonis ibidem ulterius disposuerunt Parentes:

1mò.) Quod una Filiarum Statum non amplexa Bona de S. Lambert ad dies vitæ habeat.

2dò.) Quælibet duarum Filiarum post obitum Parentum à Fratre ex dictis Bonis habeat 1200. Floren. redditum Annuum vicefimo denario redimibilem, pro quo dicta Bona sint Hypothecata.

3tiò.) Post obitum Parentum & Filii sine Liberis Bona d'Abbée, Serg. S. Fontaine, des Avents cum omnibus Villis, Pagis Appertinentiis revertantur ad duas Filias earumque repræsentantes.

4tò.) Castrum de Resimont cum Appertinentiis, ceu Feudum Leodiense Filius pleno Jure habeat erga solvendo Parentibus 200. Dupliones.

Hæcque omnia confirmata in Testamento conjunctivo à Parentibus 1. Decembris 1707. confecto.

Dicti Parentes adhuc ante obitum Matris cum Consensu Filii & Filiarum vendebant 7. Januarii 1708. Consuli Huyensi Bastin Bona de Resimont cum Appertinentiis & Bonis à la Bouhaille pro 16000. Floren. Brabant., quæ Summa in extinctionem debitorum

(o) *Fu sar de Substitut. Fideicommiss. quæst. 480. conf. Opusc. m. Tom. II. Opusc. XXIV.*

(p) *De Me an Obs. 674.*
GRAM. Observ. T. II.

bitorum impensa. Post obitum Matris Pater 25. Augusti 1709. in Testamento particulari Filium suum omnium reliquorum mo- & immobilium Hæredem instituit. Quo Patre decedente, qui ex redditione Filii omnia Bona in Pactis Dotalibus de 1698. cessa reoccupaverat & possederat, Filius totam Hæreditatem, & Bona tum temporis existentia arripit, Filiabus ambabus reditum 1200. Floren. stipulatum exsolvit, & Filiaæ cælibi Bona de S. Lambert Fontaine utenda fruenda reliquit, prout adhuc iis fruatur, & nuptæ Sorori de Masbourg Anno 1715. 5. Januarii reditum 1200. Floren. per Capitale 2400. Floren. à Monasterio St. Huberti in Ardennis mutuatum redemit.

§. 7.

Ex his præmissis nunc probe notandum.

1mò.) Bona in Pactis de 1698. specificata & Filio cessa ad Parentes rediisse, Filiumque ea nonnisi post obitum Patris Anno 1709. in Possessionem reoccupasse:

2dò.) Ex illis Bonis immobilibus ad Filium tum temporis Anno 1709. non devenisse, nisi Toparchias d'Abée, Serg, S. Fontaine, des Avents, cum Villis, Pagis, Appertinentiis, reditum super condrosio à 400. Floren. & reditum super Longhe à 256. Floren. cum Mobilibus tempore mortis Patris existentibus:

Nam 3tiò.) Castrum de Resimont cum Appertinentiis Anno 1708. jam extra Familiam alienatum, & Bona de S. Lambert Fontaine uni Filiarum Cælibi in usum fructum cessa erant.

Jam autem 4to.) Bona d'Abée, Serg, S. Fontaine des Avents cum Appertinentiis vi Pactorum de 1698. pro Fideicommissio declarata & mortuo nunc Filio sine Liberis ad Filias reverti per Sententiam Cameralem de 6. Octobris 1758. decisam fuit.

Igitur 5to.) Filio nunc ejus Hæredi nihil reliquum remanebat, quam duo Reditus in Condrosio & Longue insimul à 656. Floren. Brabant. (Capitale à 13120. Floren. pro vicefimo denario computando) efficientes, nec non Mobilia Defuncti Parentis.

§. 8.

Ex, quibus duo contra Intervenientis prætensionem resultabant Argumenta, scilicet

Primò non adesse Fideicommissum universale pro quo tantum de Jure communi & Leodiensi detractio Trebellianicæ obtinet, &

Secundò, quod ex dictis duobus Reditibus, & Mobilibus pretiosis Filius sufficienter & abundanter salvam suam habuerit Legitimam, quæ respectu trium Liberiorum tantum triens trientis totius Hæreditatis fuisset.

Quoad Primum replicabat interveniens Fideicommissum ab initio quidem particulare in certis Bonis fuisse, sed ex post vendito à Parentibus Resimont & non existentibus amplius ullis Bonis vel Reditibus ultra ea, quæ pro Fideicommissio declarata sunt, alia non extitisse in hæreditate Patris immobilia, consequenter Fideicommissum in effectu universale factum esse: in cujus rei probationem interveniens offert & cedit Appellatis omnia ea, quæ ultra dicta Bona pro Fideicommissio declarata uspiam in immobilibus reperire possent.

Cum

Cum hæc generaliter negando Appellata specialiter respondere noluerint, hoc primum Punctum dubio involutum remanebat. Nam etsi ex oblata cessione ejus, quod ultra Bona Fideicommissaria reliquum esse crederetur, intervenientis replicatio magnam consequeretur verosimilitudinem, potuit tamen etiam contingere, quod vel Pater solus in viduitate, vel Filius ipse ab Anno 1709. ad Annum 1758. quousque vixit, & universa Bona possedit, dictos redditus & alia Immobilia alienasset, quod singularitati Fideicommissi non obstaret, nec per hanc propriam Filii lucrificationem dici posset, totam Parentum Hæreditatem Fideicommissio tempore mortis Testatoris gravantis gravatam fuisse, & sic ipsum Jus commune deductioni Trebellianicæ obstaret, quod fufius demonstrat HARPPRECHT (q).

§. 9.

Et in hanc Sententiam inclinare Leges & Consuetudines Leodienses testis est DE MEAN (r), detractio legitima & falcidia in legatis, quibus notoriè Fideicommissa particularia æquiparata sunt, positive contradicens. Et deductio per modum falcidiæ, consequenter tunc tantum fit, quando tota Hæreditas per Legata & Fideicommissa particularia ita gravata, ut Hæredi dodrans non remaneret (s). Interim ex hoc ipso tamen principio valde verosimile imo liquidum videtur, Filio Hæredi ex Hæreditate Parentum dodrantem non superfuisse, considerando, Bona de Resmont in vitâ Parentum jamdum ab his alienata, & per redditus 656. Floren. Br. qui secundum Jus Leodiens. (t) immobilibus annumerandi, tantum Capitale 13120. Floren. Br. superfuisse (mobilia enim Jure Leodiensi de se ad Successionem Liberorum in Bonis Parentum non pertinent nec computantur) (u).

Quod Capitale autem longe non efficit dodrantem intuitu reliquorum Bonorum Fideicommissio gravatorum, si id vel maximè in proportionem sumatur, quod cuilibet duarum Filiarum Filius obligatus fuerit ex dictis Bonis annuè 1200. Floren. Br. solvere vel vicesimo denario redimere, per quam redemptionem Capitale 48000. Floren. Br. resultat, consequenter si tale onus dictis Bonis inhære potuit, pretium eorum facile ad duplum computandum erit, de quo dicti 13120. Floren. dodrantem efficere nequeunt, alia autem immobilia ex Hæreditate Parentum Filio obvenisse Appellatæ usque huc nec denominarunt nec demonstrarunt, quare dicto Filio nunc ejus Hæredibus propter verosimile hoc liquidum in Bonis tanquam Fideicommissum deoccupandis partem salva ulteriore liquidatione adjudicare justum & æquum inveniebatur, nihil enim refert Filium nunquam de Legitima vel Trebellianica mentionem fecisse, sed quiete Pacta Dotalia & Testamentum conjunctivum, in quo Fideicommissum stabilitum, agnovisse, ergo tacitè his prætensionibus renuntiasse: contrarium enim asserit ex L. 25.

I 2

ff. de

(q) in citat. *Dissertat. de Jure deducendi duas Quartas thes. 64. seqq.*(r) *Obs. 486. num. 12.*(s) *Harpprecht loc. citat.*(t) *De Mean Obs. 98.*(u) *Artic. 15. Consuetud. Leodiens. De Mean Obs. 568. & 112.*

ff. de Probat. VOETIUS (x), quod licet ii, qui Legitimam petere possunt, subscripserint Pactis de reversione Bonorum ad alios, si Legitimæ tamen expressè non renunciant, hanc adhuc petere possint.

§. IO.

Quoad Secundum si etiam supponere vellemus, dicto Filio nonnisi legitimam vel falcidiam competiisse, insufficiens est Exceptio appellatarum, dictam Legitimam Filio in reliquis Bonis im- & mobilibus salvam fuisse.

Est enim imò.) hoc speciale de Jure Leodiensi & extra omne dubium, quod mobilia regulariter nunquam in Legitimam imputentur, cum in his Liberi non qua Liberi Parentibus succedant (y). Nec imputantur in ejus Legitimam, quæ Filius ex Hæreditate speciali defuncti Parentis ultimo superstitis accepit (z).

Fuerat igitur 2dò.) in solis immobilibus, & quidem secundum quantitatem Patrimonii, quæ tempore mortis Parentum invenitur (aa), Filio salvanda Legitima, & respectu 3. Liberorum existentium triens trientis. Computetur jam quantum, sive pretium Bonorum Fideicommissariorum secundum ante dicta ad 150000. Floren. Br. jungatur Capitale à 13120. Floren. & ex his conjunctim triens ad 45000. Floren. Br. ascendet, de his triens 18000. Floren. Br. ad minimum efficiet, proin Filius per dictos redditus necdum totam habebit Legitimam, si etiam supponatur, eum duos dictos redditus ex Hæreditate Parentum integros accepisse, quod interveniens Hæres negabat, & omnia reliqua ultra Fideicommissum declaratum Appellatis cedere offerebat.

§. II.

Hæc igitur Sententiam confirmant, Appellanti Hæredi pro consequenda Legitima, Trebellianica vel Falcidia partem Bonorum deoccupandorum provisionaliter reservandam esse.

Adest enim ad Quæstionem tertiam in causa quæ remedia & num petita ab Interveniente compossessio vel possessio privativa erga Cautionem competant? tam de Jure communi quam Leodiensi provisio Legis, quod Filius & pro Legitima & Trebellianica habeat remedia possessoria & ipsum Jus retentionis, imò eodem Jure & fundamento, quo Judex ex Canone Leodiensi, le mort saisit le vif, Fideicommissarium in Bona reversioni obnoxia immittit, eadem Sententia & Filium pro Legitima & Trebellianica in eisdem Bonis usque ad satisfactionem manuteneere debet (bb). Quæ Juris Beneficia etiam

(x) ad ff. Lib. 5. Tit. 2. num. 39.

(y) Artic. 15. Consuetud. Leodiens. De Me an obs. 116. num. 2. obs. 568.

(z) De Me an obs. 116. num. 8.

(aa) L. 6. Cod. de inoffic. Testam. L. 30. §. ult. ibid. Voetius ad ff. Lib. 5. Tit. 2. num. 51. Noodt Oper. Lib. 5. Tit. 2. pag. 138. seq.

(bb) L. 2. §. 1. ff. Famil. exercitand. Harpprecht citat. Dissertat. thes. 96. Struv. ad ff. exercitand. 36. thes. 32. Artic. 18. Consuetud. Leodiens. De Me an obs. 97. & obs. 626.

etiam Hæredi Filii extraneo competunt, utpote dum Filius utroque Jure communi & Leodiensi Jus petendi Legitimam & Trebellianicam in quemcunque Hæredem extraneum transmittit (cc).

§. 12.

Obmotum Appellatarum, quæ per hoc à Sententia priore, Appellatis totam possessionem adjudicante sine licito Juris remedio recederetur, nihil operatur. Hæc enim possessio & immissio partis Appellatæ decreta fuit non principaliter, nec cum plena causa cognitione, nec audita altera parte: Appellans enim interveniens nunquam in hac antea se specialiter agendo intromittere voluit, sed quæstionem præjudicalem principalem, utrum nempe Fideicommissum existat vel non, impugnabat, quare hoc puncto deciso & mortuo interea & brevi ante Sententiam tempore possessore fiduciario, merè provisionaliter ex Lege Leodiensi le mort fait le vif, Appellatis ceu Hæredibus Fideicommissariis tota Immissio decreta fuit, juncta vel maximè ea ratione, eo quod tum temporis Jus Legitimæ & Trebellianicæ pro Filio ejusque Hærede summe illiquidum appareret.

Non erat igitur mutatio Sententiæ illicita, sed vel maxime justa, si dum nunc suppositum illiquiditatis cessat, & ex deductis ad Quæstionem secundam valde verosimile redditum, Intervenienti nunc ejus Hæredi non exiguam summam saltem pro Legitima ex dictis Bonis competere, mentionato intervenienti, antea necdum audito, certa portio Bonorum reservaretur, & simul liquidatio inter partes Judici primo à quo Scabinis Leodiensibus committeretur.

§. 13.

Unde Sententia publicata d. 6. Febr. 1760.

In Causa Abbatis, & Monasterii Sti. Huberti in Ardennis, & quondam Ferdinandi Caroli Philippi L. B. ab Eynatten ex post Comitissæ de Horrion modò Comitissæ de Velbruck contra Viduam de Masbourg de Sommall natam Baronissam ab Eynatten & consortes, Appellationis ulterius dicimus & pronunciamus, Legitimam & Trebellianicam per Sententiam de 6. Octobris 1658. reservatas, ex Bonis in dicta Sententia pro Fideicommissis declaratis Dr. Ruland Principali competere eidemque, usque dum Legitima & Trebellianica, in quanto liquidatæ fuerint, provisionaliter unam tertiam dictorum Bonorum cum Fructibus annuis relinquentiam in reliquis duas tertias vero partem Appellatam erga Cautionem jam pro sufficienti declaratam sine ulla remora immittendam esse, prout hinc pronunciamus, atque Dr. Ruland Principali, ut partem Appellatam in Compossessionem Bonorum quæstionis pro dictis duabus tertiis admittat, sub pœna 10. Marcarum Auri puri mandamus.

Porro Judici Scabinatus Leodiensis ad constituendam quantitatem Legitimæ & Trebellianicæ, ut in veris Hereditatis & Bonorum pleni thori communium Parentum ultimi Defuncti ab Eynatten, cum eorum legali æstimatione, inquiret, de his quod ad dictum Filium ab Eynatten pervenerit, ei in Legitimam imputet, & confectum desuper Statum cum suo Voto ad hanc Camera Imperialem pro ulteriori detisione in Termino 3. Mens. transmittat, ad interim,

I 3

interim,

(cc) L. 32. Cod. de inoffic. Testament. L. quamquam Cod. ad Leg. Falcid. Harpprecht dist. Tractat. §. 50. seq. Mev. Part. 7. Decis. 19. Opusc. meor. Tom. II. Opusc. XXIV. Gail. lib. 1. obs. 120. De Mean obs. 72. num. 14. & 16.



interim, ut, si de perceptione Fructuum utraque Pars amicabiliter convenire nequeat ante omnia Pensiones, Censur, & alia Onera realia inhaerentia legitimis Creditoribus annue ritè exsolvantur & tunc de eo, quod de Fructibus Annuis reliquum est, una tertia Comitissæ de Velbruck, & duæ tertiæ Appellatis extradantur coram gerat, committimus, & mandamus.

Adversus Lt. Scheurer, quod in hac Causa Judiciali extrajudicialiter supplicaverit, nec non in Reecessibus oralibus cum enormi prolixitate materialia Causæ tractaverit, duplicem poenam arbitrariam reservantes.

OBSERVATIO CCCCLXXI.

De significatu vocabuli Hirtenstaab.

Istum dilucide exponit Referens in causa der Gemeinde zu Massenbach, contra Herren von und zu Massenbach, Mandatorum S. C. die Schäferer, Pferch, Huth und Beholzigung betreffend verb.

Die Herren von Massenbach haben auf ihrer Seite einen Extract des Zins- und Lager-Buchs de 1595., woben gleich Anfangs die Anmerkung zu machen, daß beyde Theile dasselbe zu einem richtigen Grunde ihrer Gerechtsame, und zum völligen Beweis annehmen, welcher enthält:

Daß der Hirten-Staab zu Massenbach den Vogt Junkern, ihren Erben und Nachkommen allein gehöre, und es also damit gehalten werde, daß Schultheiß, Gericht, und ganze Gemeinde auf Befehl der Vogt-Herren die Hürden abnehmen, und alles Viehe, so im Schloß ist, und unter die Heerden getrieben wird, wann sie ausfahren, bey dem Schloß holen, und wieder dahinein liefern, ohne einige Belohnung.

Und hieraus folgert der beklagte Theil, daß nicht allein die Schaaf-Gerechtigkeit, als ein Anhang des Hirten-Staabes ihnen gebühre, sondern derselbe auch, weil die Gemeinde die Heerden auf dem Schloß abholen, und wieder dahin bringen müssen, nothwendig Schaaf-Viehe zu halten, berechtiget gewesen seyn müsse.

Es ist das Wort Hirten-Staab besonders zwischen der Reichs-Stadt Lindau, und dasigem lieben Frauen-Stift circa Annum 1628., und nachhero stark ausgefochten worden.

Dann da in einigen Reecessen, und zwar de 1491., und 10. Januarii 1571. die Stadt Lindau die Vogten-Herrschaft, dem Stift hingegen der Hirten-Staab über die in denen Dorfschaften, Alschach, Rickenbach, Schönau, und Ober-Kaitnau liegende Köllen und Hof-Güter zugestanden worden, so wollte das Stift gar eine Landes-Hoheit aus diesem Wort um deswillen erzwingen, weil jeder Landes-Herr das Hirten-Amt über seine Unterthanen führe.

Die Stadt hingegen behauptete, daß solches nur eine gewisse Jurisdictionem ruralem bey dem Stiftischen sogenannten Pfalenz-Gericht andeutete, und in dem Viehe-Ausschlag, Bau-Weeg-Schau, Einfriedigung der Deschen-Pfatten und Erkenntniß über den vom Viehe beschehenen Schaden bestünde. Die weitere Ausführungen darüber können nachgelesen werden in beyden Lindauschen Deductionen, und zwar in der ersten

ersten benannt: Gründliche Ausführung de 1642., welche gemeiniglich unter dem Titel: Actorum Lindaviensium angezogen wird, und zwar pag. 94. 276. 309. 329. 806. 808. 811. seq. Beyde Verträge de 1491. und 1571. stehen daselbst pag. 408. und 507. wie auch in dem gründlichen Bericht de 1692. pag. 13. §. 7. Man findet auch etwas wenigens davon in Extractu Actorum in causa von Hirnheim contra Thur. Pfalz,

apud Meichsner. Volum. 2. Lib. 1. Decis. 8. pag. 746.

Und BESOLDUS Thesauro Practico pag. 392. sub voce Hirten. Staab giebt davon zweyerley Beschreibung, daß nemlich dadurch angedeutet werde:

a.) Bott und Verbott, zu Dorf, Holz und Feld anhängig, wie auch die Bestrafung der Frevel, die sich darauf jederweilen begeben.

b.) Interdum autem pertinet zum Hirten. Staabe tantum potestas quaedam modica municipalis: nemlich die Wege zu bauen, Ausschlag des Viehes zu ordnen und zu machen, wann Schaden vom Viehe beschehe, zu strafen, schadhast zu pfänden, und dergleichen.

Hingegen wird dieses Wort

in Consiliis Argentorat. Volumen. 1. Consil. 2. pag. 69.

bloß von Bestellung des Hirten erklärt, womit übereinstimmen

Struv. Tractat. de Jure Ov. Cap. 3. thes. 26.

Knichen. de Jure Territor. Cap. 4. num. 502. qui vocat Jus Pastoralitium & conferendi bacillam vel virgam & ad species Juris Vogtheix refert, cum quo consentiunt

Klockius de Arario Lib. 2. Cap. 2. num. 33. not. 32.

Hahn. Tractat. de Jure Pascendi thes. 21.

In diesem vorliegenden Extract des Lager. Buchs aber hat der Hirten. Staab nicht mehr auf sich, als eine gewisse öffentliche Ceremonie, mittelst deren die ganze Gemeinde das Herrschaftliche Viehe aus dem Schloß holen, und wieder dahin bringen muß. Indessen erhellet doch aus demselben so viel, daß die Herrschaft ehedessen, auch Viehe auf dem Schlosse gehabt, und mit unter die Hirten ausgetrieben habe: massen auch die Gemeinde weiter nichts, als daß dieses Document nur ad Petitorium gehöre, darauf verfehlet hat ic. Conf. Observat. m. Jur. Univers. Observat. CCCCXXXVII. num. 43. seqq.

OBSERVATIO CCCCLXXII.

ut ea ad alterum supremorum Imperii Tribunalium resilire nequeat. Pars vero altera propterea Jure suo alterutrum supremorum Imperii Tribunalium eligendi privari nequit; sicque si *Camera* præsertim in causa sua elegerit, *Exceptio Fori* præventi ipsi opponi nequit.

O B S E R V A T I O D I X.

Si Hæres per alternativam gravatus, ut pluribus vel uni restituat, Jus eligendi ipsi competit, unove electo, Restitutio pluribus facienda cessat.

§. I.

Quondam Clerx dum vixit Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis Canonicus instituit per suum Testamentum Matthiam Clerx dum vixit ejusdem Ecclesiæ Cathedralis Canonicum & Scholasticum suum Fratrem Hæredem universalem cum Clausula reversionis ad eorum nepotes & neptes post obitum fati ipsius Fratris.

Cumque fatus quondam Officialis possideret Domum Claustralem sub immunitatibus ejusdem Ecclesiæ Cathedralis, specialem circa dictam Domum expressit in suo Testamento dispositionem subsequente verborum compendio.

„Quo vero ad Domum meam Claustralem rogo perillustrem Fratrem meum ut supra institutum, ut quantum fieri potest illam conservet pro Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ de Familia nostra existentibus, vel saltem pro uno ex illis conservetur.“

Tempore obitus fati Officialis tres aderant Canonici dictæ Ecclesiæ Cathedralis de Familia seu Parentela fati testatoris nempe Caspar Lambertus Clerx modò Scholasticus & Michael Clerx Hasbanix Archidiaconus ejus Nepotes & de Cheratte ex Sorore ejusdem testatoris Pronepos. Matthias Clerx Hæres ut supra per fatum Dominum Officialem suum Fratrem institutus, illi supervixit ac sese pro Hærede Testamentario dicti sui Fratris gessit.

E vivis autem decessit fatus quondam Matthias Clerx Anno 1744.

Ac per suum quod condidit Anno 1741. Testamentum reliquit dictam Domum Claustralem fato Michaeli Clerx dictæ Ecclesiæ Cathedralis Canonico & Hasbanix Archidiacono suo Nepoti.

Ac per posteriores suos Codicillos de Anno 1742. eandem suam dispositionem circa prædictam Domum Claustralem reiteravit & confirmavit. Cumque fatus quondam Matthias Clerx per suum Testamentum legasset prænominato Casparo Lamberto Clerx ejusque Fratri & Sorori reditum quadringentorum Brabantix Florenorum ultra varias alias prærogativas variaque alia commoda, expresse prædictis suis Codicillis sancivit & ordinavit, ut nec fatus Casparus Lambertus Clerx nec ejus Frater & Soror ulla ex parte iis quæ in ipsorum vel alterutrius illorum favorem per suum Testamentum sive per modum Legati aut Substitutionis disposuerat, potiri possent, nisi prævie quibuscumque Prætensionibus ex quovis Capite emergere valentibus aut excogitari possibilibus renunciaissent, ipsisque iisdem suis Codicillis præfixit Terminum intra quem



Actum præscriptæ renunciacionis in forma debita & legali præstare tenerentur sub pœna privationis quibuscumque ipsis relictis ipso facto incurrendæ.

Ac revera conformiter huic Sanctiõni & Ordinatiõni fati Testatoris dictus Casparus Lambertus Clerx ejusque Frater & Soror actum coram Notario & Testibus Anno 1744. præstiterunt, per quem declararunt, se omnibus & singulis conditionibus per memoratos fati quondam Matthiæ Clerx eorum Patruï Codicillos præscriptis parere velle & intendere, ac mediante hac declaratiõne quibuscumque ipsis per fatum Testatorem relictis potiti & gavisi sunt.

Jam vero ante fatum Michael Clerx prælibatorum Officialis & Matthiæ Clerx Ne-
pos cui hic postremus prædictam Domum Claustralem uti præexpositum est, reliquit,
& vivis demum decessit, ultima Junii Anni 1756. & sic supervixit per duodecim An-
nos fati Matthiæ Clerx suo Patruo qui è vivis decesserat Anno 1744. & Domum quæ-
sticam ipsi legaverat.

In factõ pariter verum existit, quod Michael Clerx ab obitu dicti sui Patruï Mat-
thiæ Clerx ac toto & integro quo illi supervixit duodecim Annorum decursu dictam
Domum vigore ipsius dispositionis Testamentariæ & Codicillaris solus pacifice posse-
derit & possidere continuaverit.

Mortuo autem Michaele Clerx ultima uti dictum est Junii Anni 1756. prænomi-
natus Casparus Lambertus Clerx die sequenti & antequam fatum Michael inhumatus fo-
ret, citare non timuit autoritate Officialis Leodiensis Domicellas Clerx fati Michaelis
Sorores & Hæredes ad videndum reproduci Testamentum supra fati quondam Officialis
Leodiensis & signanter Clausulam dicti Testamenti supra relatam & videndum ac au-
diendum vigore hujusmodi Clausulæ decerni & declarari prædictam Domum Claustralem
cum omni causa ad ipsum pertinere.

Fundamentum suæ Actionis constituit in binis potissimum motivis.

Primò in eo, quod prælibatus Officialis Clausulæ vel saltem pro uno ex illis con-
servetur, non addiderit hæc verba cui vellet.

Secundò in eo, quod prædicta Clausula ita foret intelligenda, ut si plures Ca-
nonici Ecclesiæ Cathedralis de Familia Testatoris tempore obitus Matthiæ Clerx existe-
rent, dicta Domus ad omnes Canonicos de dicta Familia pro tunc in vivis existentes
reverti & spectare deberet.

Si vero unus tantum, ipse solus dictam Domum Claustralem haberet & illi succe-
deret.

§. 2.

Ast quis non perspiciat Argumenta illa nullo Fundamento, nullove Juris colore
fulciri.

Singula verba Periodi vel saltem pro uno ex illis explicitam prædicant ac sonant
alternativam. Hæc quippe dictio vel per se illam importat.

Idem est de dictione saltem quæ insuper de sui natura est diminutiva Oneris
injuncti.

Hæ

suam Sententiam definitivam 10mâ Martii a. p. latam, fatas Domicellas opposites ante dicti Michaelis Clerx Sorores & Hæredes ab impetitione Actoris absolveret, eundemque Actorem in Expensas condemnaret, fatus Actor ad supremum Imperii Dicaſterium Camerale appellavit.

Rationibus vero Decidendi in ſubſtantia ſupra propoſitis approbatis, Sententia confirmatoria d. 28. Martii 1760. publicata.

OBSERVATIO DX.

Judex à quo sine vitio attentati non cogit eum, qui in Poſſeſſione vel quaſi Juris Lignandi eſt; ut de Sylva non devaſtanda caveat, quando metus devaſtationis in odium appellaationis interpoſita fitus videtur.

Quod etiam Judex à quo ſtante Appellatione aliquando in ſecuritatem Judici & rei, ſine attentati vitio ſequeſtrum decernere poſſit, minime negandum eſt.

Enimvero Judex ſimul ad id attendere debet, ut integer Appellantis Status conſervetur.

Quid ſi namque Appellans in Poſſeſſione vel quaſi Poſſeſſione Juris eſſet? Nunquam privandus eſt Poſſeſſor commodo ſuæ Poſſeſſionis pendente Lite, quantumvis jam pro Actore lata ſit Sententia à qua fuerit appellatum. Appellatio enim extinguit judicatum, & rem reducit ad Terminos Litis conteſtatae, ita ut nec locus ſit rei litigioſæ ſequeſtrandæ eo ſolo prætextu, quod reſtituendis Fructibus, qui Actori adjudicari poſſent, impar futurus ſit Poſſeſſor, prout neque ex ea cauſa cavere cogendus eſt, ac nequidem Cautionem præſtare juratoriam (a). Futura, quaſi eventura ſint, divinare, officio Judicis repugnat (b).

Sic in cauſa d. rer. Atſcher Kohlwerks-Gefellen contra Schöffen, Forſt- und Kirchmeiſter d. rer. vier Quartieren Wurselen, Wenden, Haren und Eilendorff Appellans: Wann es ganz handgreiflich, daß dasjenige, was dem Judici à quo ſo lang dieſe Sache ab Anno 1739 bis ad Annum 1759. und ſoſglich zwanzig Jahre lang, vor demſelben unerörteret obgeſchwebet, recht geweſen, daß nemlich Appellantes ohne Cautionſ-Leiſtung, bey ihrer alt- und wohlhergebrachten Beſitzlichkeit des benötigten Holz-Abſällens zu belaffen, auf einmal nicht in eodem inſtanti durch die zu dieſer höchſten Stelle an Hand genommene Appellation unrecht werden könne; Und bey dieſen Umſtänden unter der Sonnen nichts ſo klar in das Auge fallen mag, als daß die attentatorische Aſter-Verordnung vom 12ten Maji vorigen Jahres, mit deme was darauf executive weiters gefolget, ex mero odio Appellaationis interpoſita hergefloſſen;

Inde petitum, uti Sententia d. 10. Maji 1760. publicata.

In Sachen Atſch Kohlwerks-Gefellen, wider Schöffen, Forſt- und Kirchmeiſtere deren vier Quartieren Wurselen, Haren, Wenden, und Eilendorff, Appellaationis: Iſt die

(a) *Brunnemann. ad L. unic. Cod. de Prohib. ſeq. Faber. in Cod. Lib. I. Tit. 10. definit. 9.*

(b) *Lyncker. Tom. II. Reſponſ. 142.*

die durch Hr. Kuland unterm 8ten current. extrajudicialiter übergebene Supplicam ad Acta zu registriren verordnet, darauf so viel die Possession, wie solche zur Zeit der interponirten Appellation gewesen, betrifft, daß gebetene Mandatum Attentatorum, Revocatorium, Calfatorium & Inhibitorium S. C. erkannt.

OBSERVATIO DXI.

Paritorio ad Mandatum restringenda est ad liquidum, illiquidum remittendo ad Liquidationem.

Pone Debita in guarentigiatis Instrumentis contenta. Eadem certe liquida sunt, saltem residuum.

Concurrentibus itaque aliis illiquidis, pronuncandum uti in causa Byssing contra Bernstein.

Ita enim Domini: Kläger habe beyde Instrumenta (5.) und (6.), welche in circa 4790. Gulden in Capitali ausmachten vor sich, folglich seye in tantum seine Actio ad solvendum fundret. Nun komme es ad Exceptiones an, wie weit beklagter Theil die Zahlung solchen einmal als liquid versicherten Postens dargethan, oder sonst Illiquiditatem klar dociret habe. Was nun die in 7. (Num.) 3. bis 9. angeetzte Puncten betrifft, so wären solche in dictis Instrumentis guarentigiatis gar nicht befindlich, wären also billig à Paritoria zu separiren. Wegen des ersten Postens in dicto (7.), wäre nun richtig, daß solcher ein Rest von denen als liquid versicherten Capitalien seyn sollte; Creditor gesthe also eine abschlägliche Solution. Indeme aber dessen Rechnungen differiren, und Beklagte aus des Creditoris anderweilen Rechnung (13.) Num. V. eine geringere Summe, welche damalen nur als Rest gefordert worden, docireten; so wäre auch billig es dabey zu belassen, darauf Paritoria zu restringiren, und alles übrige zur weiteren Liquidation zu verweisen.

Inde Sententia publicata d. 10. Maji 1760.

In Sachen Byssing Klägern eines, wider von Bernstein Beklagten anderen- und von Mannsbach Intervenienten dritten Theils, Mandati de solvendo debitum liquidum, & guarentigatum in Adjuncto sub Num. ad 5484. Gulden 23. Albus & 4. Heller specificatum cum ulterioribus usque ad realem solutionem adhuc venturis Usuris, & singulis Expensis; Ist Lt. Byssing Nahmens seiner beyden Principalen Einwendens ohngehindert glaubliche Anzeige zu thun, daß von dem sub (5.) und (6.) erhaltenen Capital der Rest mit 2153. Gulden, nebst denen vom 23ten Merz 1743. bis hieher verfallenen, und weiter auslaufenden Zinsen, jedoch nur zu 5. pro Cent an Klägern wirklich entrichtet, und bezahlet worden, und solchergestalt dem ausgangen- verändt- und reproducirten Kaiserl. Mandat gehorsamlich gelebet seye, Zeit Ein Monat pro Termino & Prorogatione von Amtswegen angeezet, mit dem Anhang, wo sie deme also nicht nachkommen werden, daß sie jetzt als dann, und dann als jetzt, in die berührtem Mandat einverleibte Pön fällig erkläret, fernere Proceß auch erkannt, daß sie ihrem Gegentheile die Gerichtskosten derentwegen aufgelaufen, nach Rechtlicher Ermüdigung zu entrichten schuldig seyn sollen.

Dann ist Lt. Duill jedoch obnauhaltlich der Execution vorsehender Urtheil, sich auf die beschehene Einwendung gegen seine übrige in (7.) befindliche Forderungen auch seneitige Gegenforderungen specialius vernehmen zu lassen, Zeit Zwen Monat pro Termino & Prorogatione von Amtswegen und sub præjudicio angeezet, worauf auch in diesen Puncten ferner ergehen solle, was Recht ist.

OBSER-



OBSERVATIO DXII.

Transactio Mandatum S. C. operatur, si in vim Instrumenti Clausulis executivis muniti inita.

Instrumentum Clausulis executivis munitum Mandatum S. C. operari, nemo est qui neget, nemo qui nesciat.

In vim istiusmodi Instrumenti inita Transactio occurrebat, in causa von Kuhl contra von Wetzel, Tenoris: Daß solcher Vergleich pro Instrumento Guarentigiato gehalten, auch darauf gegen den contravenirenden Theil Mandata S. C. bey dem höchstpreißlichen Kaiserlichen Cammer-Gericht nachgesuchet, auch erlanget werden sollen.

Jam vero §. 4. Transactionis cum Dn. de Wetzel inita, ita sese habebat: Eine jede seiner Fräulein Schwestern, wann ein- oder die andere in den ehelichen Stand sich begeben würde, mit Drey Tausend Gulden abzufinden, mit Drey Hundert Gulden auszustatten, und derselben, wie bey der Familie gebräuchlich, auf Verlangen freye Hochzeit zu halten.

Hinc petitum Mandatum de adimplendo Transactionem die 20. Novembris 1753. in vim Instrumenti Guarentigiati initam, indeque solvendo Capitale 3300. Florenorum una cum Interesse, Damno & Expenfis S. C. Menfe Maji 1760. decretum.

OBSERVATIO DXIII.

Comparatio Literarum Juramento suppletorio locum non facit contra eum, qui Juramentum diffessionis prestare paratus est, nisi alia adminicula adsint, qua summum perjurii metum efficiunt.

Vulgo probabilitatem similitudini manus inesse credunt, quæ, ut producens ad Juramentum suppletorium admittratur, operari possit (a).

Ea quoque opinio sese exeruit in causa Jud Koppel Odenheimers Wittib und Erben.

Postquam enim d. 2. Aprilis 1751. publicata Sententia.

In Sachen Juden Koppel Odenheimer Wittib und Erben, wider Gebrüdere Marquard und Joseph Otto von Dw, Citationis ad videndum exigi Debitum residuum cum Usuris & Expenfis, sicque condemnari: Ist beiderseits Anwalden ihr der End-Urthel halber beschehenen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen, sondern Lt. Bisings Jüdische Principalschaft in Betreff der (16.) durch Lt. Scheurer fürgebrachten Original-Berechnung zum anerbotenen Diffessionis-Eid Einwendens ungehindert, gelassen, und derselben sothanen Eid sowohl dahin, daß gedachte Original-Berechnung ihres verstorbenen respectiv Manes und Vaters Koppel Odenheimers, sodann ihres respectiv Sohnes, Bruders, und selbstigen Mittlägers Abraham Odenheimers Handschrifte nicht seye, als auch das ihr abgeforderte Juramentum editionis folgender gestalten, daß sämtliche klagende Juden keine von ernanntem Koppel Odenheimer geführte und nachgelassene Handels-Bücher, Gletter-Schriften

(a) Stryck. Introduct. ad Prax. Forens. Cap. XIX. §. IX. seq. Mencke Tractat. Synopt. Process. Disputat. XIV. §. XXXIV.

Schriften und Manualien, noch auch sonstige in die quästionirte Forderung einschlagende Nachrichten und Notamina in Händen, noch verbracht haben, weder wissen, wo selbige hingekommen, in eigener Person, oder durch einen genugsam dazu Bevollmächtigten hieselbst in Audientia körperlich abzuschwören, Zeit Sechs Wochen pro Termino & Prorogatione von Amtswegen angesetzt.

Dann solle vordemeldter Lt. Bissing eine specificirliche Verzeichniß der (3.) angegebener Maßen auf die eingeklagte Capitalien und Zinsen empfangener Früchten und Naturalien, auch derselben eigentlichen Werths in obgedachter Frist gebührend übergeben, welchem allem vorgehen, ergehen solle, was Recht ist.

Ad eandem

Mercurii 14. Julii 1751.

Lt. Scheurer sequentia proposuit: produciret erhaltenes Original • Schreiben sub Num. I., samt dabey empfangenen Original • Anlagen sub Lit. A. B. I. B. 2. C. I. C. 2. D. & E. in Effectum Comparationis Litterarum, und wie daraus erscheineth, daß die klagende Juden, ohne ein begehendes Perjurium, den in Sententia ihnen auferlegten Diffessions • Eid nicht auszuschwören können, dergleichen Jurament aber, ubi saltem suspicio perjurii adest, nicht zugelassen werden kann, Mex. Part. 4. Decis. 118. als bittet unterthänigst, die zudringliche Kläger zu dem Diffessions • Eid, so bewandten sich neuerlich hervorgethanen momenteusen Umständen nach keinesweges, sondern seine Principalen nöthigen Falls ad suppletorium nunmehr kommen zu lassen, der Original • Anlagen aber Recognitio vel ex officio, auch dieselbe hiernächst, retentis apud Acta Copiis, ihme aus der Leserey retradiren zu lassen.

Publicataque Sententia d. 13. Sept. 1751.

In Sachen Juden Koppel Odenheimer Wittib und Erben, wider Gebrüdere Marquards und Otto von Oy, Citationis ad videndum exigi debitum residuum cum Usuris & Expensis, sicque condemnari: Ist Lt. Bissing sein zu würtlicher Ausschwörung der Eiden beschworenen Anerbieten bewandten Umständen nach noch zur Zeit ausgestellt, sondern demselben, daß er sich auf den durch Lt. Scheurer am 14ten Julii jüngsthin abgehaltenen Recess, und in specie darüber, ob die in denen dabey producirten Originalien befindliche Hand • und Unterschriften der beiden klagenden Juden respectivè des verstorbenen Koppel und Abraham Odenheimer eigene Hand seye, Zeit Vier Wochen vernehmen lassen solle, aufgegeben.

Ad quam notabilis est Recessus.

Lunæ 29. Novembris 1751.

Lt. Bissing, da der zu Inspicirung deren unterm 14ten Julii nuper producirten Piecen expresse anwesend gewesene Abraham Odenheimer sich nochmalen zu dem Diffessions • Eid des [16.] nach Inhalt der Urthel vom 2ten Aprilis anerböten, sodann die Unterschrift seines Vaters in etlichen übergebenen Adjunctis zwar unerkennt, jene aber des Adjuncti sub Lit. D., worinnen er Abraham Odenheimer, nebst anderen unterschrieben stehet, ebenmäßig jurato zu diffitiren, sich erbietet, so ist nunmehr weiter nicht abzusehen, was bey ganz differenten und unbekanntnen Handschriften die Comparatio Litterarum wirken solle, gestalten dadurch, daß in denen neueren Productis des Koppel Odenheimer Handschrift recognosciret wird, die Anerkenntniß des von einer ganz fremden Hand geschriebenen [16.] mit nichten folget, also will der Willfährigkeit seiner Principalen

CRAM. Observ. T. II.

T

cipalen



cipalen zu Prästirung des Diffessions-Eides nochmalen wiederholet, und dieselbe gegne-
zischer • jezo zernichtigter Einstreuungen ohngeacht dazu in vim der bengebrachten Spe-
cial • Vollmacht præviâ ejusdem Recognitione ex officio zuzulassen, unterthänigst gebe-
ten haben.

Quoniam vero nemo nescit, frequentes esse impostores, qui manum alienam
mentiuntur, nimis certe violenta esset præsumtio, si sola similitudo manus semiple-
nam efficeret probationem, aliis non concurrentibus Indiciis, ex quibus summus per-
jurii oriretur metus.

Qualia Indicia cum dicta in causa defecerint; igitur

Sententia d. 28. Martii 1760. publicata.

In Sachen Juden Köppel Ddenheimer Wittib und Erben, wider Gebrüdere Mar-
quard und Joseph Otto von Dy, Citationis ad videndum exigi debitum residuum cum Usu-
ris & Expensis sicque condemnari: Ist die durch St. Bising producirte Vollmacht pro Reco-
gnitio ex officio angenommen, darauf dessen Principalschaft zum anerbottenen Diffessionseid
nach Inhalt der unterm 2ten April 1751. dahier ergangenen Urthel in nächstfolgender Au-
dienz zugelassen.

OBSERVATIO DXIV.

*An attestato Parochi de facta Copulatione Sacerdotali, contractoque adeo Matrimonio
fides habenda sit, si nec Testes coram quibus suscepta nominaverit, nec eadem
Libro Parochiali inserta reperiat, istudque Attestatum impediatur, quo minus
Matrimonium nullam dici queat, in quo contrahendo Proclamatio omissa?*

Facem huic & sequenti Observationi præfert sequens Facti Species.

§. 1.

Anno 1716. dem 20ten Septembris ist per Sententiam des Reformirten Consistorii
zu Zwoll in der Holländischen Provinz Oberhffel, die Ehe zwischen der Hermina Alex-
andrina von Calcum, genannt Lohausen, und dem Dieterich Mülarde von Backenhagen,
beyde Reformirter Religion, ex Capite malitiosæ Desertionis, in Contumaciam, juxta
Principia Protestantium, quoad vinculum geschieden, und dem von Backenhagen, tan-
quam parti innocenti erlaubet worden, eine andere wiederum zu heyrathen; es ist aber
der Geschiedenen das Heyrathen nicht verboten worden.

§. 2.

Worauf dann auch benannter von Backenhagen den 17ten Novembris 1717. zu
Goor, mit einer von Edvarden sich anderweit hat copuliren lassen.

§. 3.

Nun ist aber die abgeschiedene von Calcum hernach ebenfalls zur anderen Ehe ge-
schritten, und hat den 27ten Octobris 1719. zu Neppelen, Königlich-Preussischen Ter-
ritorii, mit dem im Herzogthum Süllich Catholisch gebornen und erzogenen Johann
Wilhelm von Hompesch zu Kürich, Königlich-Preussischen Rittmeister, von dem
Neppelischen Reformirten Prediger, Matthias Bärten sich gleichfalls anderweit copu-
liren lassen.

§. 4.

§. 4.

Dieweil aber beſagter Johann Wilhelm von Hompeſch beſorget, es mögte ſeinen Kindern dormalens Quæſtio Illegitimatis daher formiret werden, daß ſeine Frau keine expreſſe Erlaubniß zur zweyten Ehe erhalten, zudem Sie ſich ohne vorhergehender Proclamation copuliren laſſen, ſo hat Er ſich an ſeinen König gewendet, und um Diſpenſation und Confirmation ſeiner Ehe gebeten, welche dann auch den 14ten Aprilis 1721. von dem vorigen König in Preußen dahin erſolget iſt; daß, obſchon die gewöhnliche Proclamata, bey der quæſtionirten Ehe nicht geſchehen, ſolche dennoch von nicht geringerer Wirkung, Kraft, und Verbindlichkeit, ſowohl in Anſehung beyder Eheleuthen, als der miteinander erzeugender Kinder, und aller übrigen, die bey ſolcher Ehe entweder directè, oder per indirectum, jezt, oder künftig, einig Intereſſe haben mögten, ſeyn und bleiben ſolle, als wann das ſonſt gewöhnliche Formale der Proclamation wirklich beobachtet worden wäre, mit dem Zuſatz, daß Höchſtdieſelben den Impetranten, oder wer ſonſt einen Effect zu hoffen, oder zu gewarten habe, dabey gegen männiglich ſchützen und handhaben würde.

§. 5.

Dem ohngeachtet hat der Catholiſche Land-Dechant, der Chriſtianität zu Göllich, den oftgenannten Johann Wilhelm von Hompeſch, als Göllichſchen Vaſallen, in Anſehung des Guts Rürich, und beſonders, weil Er Catholiſch gebohren und erzogen, den 12ten Martii 1722. vor ſich laden laſſen, daß Er dociren ſollte, quâ autoritate, & à quo matrimonialiter derſelbe mit der von Calcum, genannt Lohaußen, copuliret ſeye.

§. 6.

Es hat aber oftbeſagter von Hompeſch den 20ten Aprilis 1722. auf ſolche Citation ſchriftlich geantwortet: Er ſtehe in ſeiner Religion unter keiner Catholiſchen Geiſtlichkeit, und als ihm weiter zugeſehet, und beſonders pro ulteriora Decreta auferleget worden, ſich zu erklären, ob er ſich zur Catholiſchen Religion annoch beſtändig halte, oder die Proteſtantiſche Religion angenommen habe, ſo hat derſelbe ſich weiter dahin ſchriftlich geäuſeret, daß Er zwar als Vaſall von Ihro Churfürſtlichen Durchlaucht zu Pfalz dependire, dieweil Er aber in Königlich-Preußiſchen Dienſten ſtehe, ſo wollte Er Jhn, den Land-Dechanten, vor ſeinen competenten Richter verwieſen haben.

§. 7.

Gleichwohlen hat der Land-Dechant, die zwiſchen dem von Hompeſch, und der Hermina Alexandrina von Calcum getroffene Heyrath, per Sententiam vom 30ten Junii 1722., allen gethanenen Einwendens ohngeachtet, vor null und nichtig erklärt, auch das Brachium ſeculare ad ſeparandum iſtud Matrimonium impſoriret.

§. 8.

Es hat aber der Johann Wilhelm von Hompeſch, coram Notario & Teſtibus von dieſer anmaſſlichen Urtheil appelliret, und den Notarium dabey ſpecialiter requiriret, bey Inſinuation der Appellation, den Land-Dechanten zu befragen, ob Er von Hompeſch nicht ante latam hanc Sententiam, ſich ad Protocolum zur Reformirten Religion bekannt habe.

§. 9.

Es hat auch, auf Befehl des vorigen Königs in Preußen die Clevische Regierung an die Gölischische Regierung Fürschreiben dahin abgehen lassen müssen, daß man den von Hompesch, in puncto Religionis, & initi Matrimonii, unangefochten lassen möchte, bey welchem sich auch ein Attestatum von dem Reformirten Prediger und Consistorialen zu Linnich befindet, daß der von Hompesch, nachdem Er etliche Monathe zuvor ihrem Gottesdienst fleißig bengewohnet, sich im Julio 1722. zu dieser Religion öffentlich bekant habe.

§. 10.

Welches dann auch so viel gefruchtet hat, daß dem obenannten von Hompesch von dem Hofraths-Dicasterio zu Düsseldorf, per diversa Decreta auferleget worden, die zu Berlin erhaltene Dispensation, in Originali zu produciren, welche derselbe dann auch samt dem Copulations-Schein in Originali produciret hat, wie ex Notamine des Secretarii Mühlheim Fol. 150. & 157. Act. Eccles. zu ersehen ist.

Nicht weniger hat gedachter von Hompesch etliche von dem König in Preußen an ihn erlassene Handbriefe de Annis 1720. & 1722. bengeleget, worin Höchstderselbe ihn Rittmeister nennet, und ihm die ausgebetene Bewatterschaft, wann seine Frau mit einem Sohne niederkäme, in Benlegung seines hohen Namens zugesaget, auch gehalten hat, indeme Er den Appellaten durch seinen Residenten von Diest zur Taufe heben lassen.

Wie aber nachher die Productio Originalium nochmalen anbefohlen worden, so ist solche nicht erfolgt, jedoch ist von solcher Zeit de Anno 1725. diese Sache weiter nicht urgiret worden, sondern es hat obenmeldter von Hompesch bis in das Jahr 1749. mit gemeldter von Calcium, als seiner bekantten Ehe-Frauen, nemine ulterius contradicente, als Ehe-Mann bis an sein Ende gelebet.

§. 11.

Ehe und bevor Er aber gestorben, hat Er den 14ten Septembris 1749. seinem mit obenannter von Calcium erzeugten ältesten Sohn, Friederich Wilhelm, jetzigen Appellaten, seine Elterliche Güther, und besonders den Ritter-Sitz Rürich cediret. Fol. 5. & 6. Act. Civ.

Gleichwie dann auch der Cessionarius den 24ten ejusdem ein Confirmations- und Manutenez-Decret von dem Düsseldorfschen Hofraths-Dicasterio erhalten hat.

§. 12.

Dieweil aber angezogene Cession von Appellanten, welche sich pro Hæredibus Revolutariis, Uxoriis nominibus dargestellt, ob defectum Solennium attaquiret wurde, gleich darauf aber der Cedens Johann Wilhelm von Hompesch, in Decembri Anni citati, gestorben, so hat obenannter Appellat Friederich Wilhelm von Hompesch, als ältester Sohn seines Vaters Johann Wilhelm von Hompesch, den Ritter-Sitz Rürich, als das Stamm-Haus, nach dem inter Illustres Juliacenses hergebrachten bekantten Successions-Recht, pro nobili præcipuo Jure Successionis ab intestato ex Interdicto Quorum Bonorum anverlanget, Worauf dann alsobald der Proceß erst recht angegangen,

gen, und Appellanten dem Appellaten Quæstionem Status moviret, und deshalb behauptet haben, als ob

1mo.) Des Appellatens Mutter mit dem Johann Wilhelm von Hompesch nicht copuliret,

2do.) Auch dieser als ein Catholischer Christ, sich um so weniger mit der von Calcum copuliren lassen können, als ihr voriger Ehe-Mann damals noch gelebet habe, und sie als eine malitiosa Desertrix, ob sie gleich von ihrem ersten Ehe-Mann geschieden, ohne specielle Permission nicht wieder heirathen können.

3to.) Die Königlich-Preussische Dispensatio ultra Territorium Dispensantis, & quoad Bona Feudalia in Ducatu Juliacensi sita, um so weniger in præjudicium Agnatorum wirken könnte, als die Sülchische Policey-Ordnung de Anno 1554. deutlich verordnet, daß die Matrimonia sub pænâ Nullitatis coram proprio Parocho, & duobus Testibus contrahiret werden sollten.

S. 13.

Es ist aber den 9ten Aprilis 1755. bey dem Hofraths-Collegio zu Düsseldorf für Appellaten dahin Sententia definitiva erfolgt; daß Friedrich Wilhelm von Hompesch, als rechtmäßiger Sohn zu seines Vaters Erbschaft zuzulassen, und also von der wider ihn angestellten Klage, idque compensatis Expensis, zu entbinden seye. Wovon Appellantes den 2ten Maji 1755. an das Cammer-Gericht appelliret.

S. 14.

Is itaque proprius Quæstionis cardo, is controversiæ Status fuit, num Reus Legitimus, Successionisque capax renunciandus fuerit?

Matrimonium d. 29. Novembris 1719. in Repelen certo Ducatus Mœrsani Pago solenniter, id est, in facie Ecclesiæ contractum esse, exarato à Matthia Bærlen, Repeleni tum temporis Ministro Attestato disertis enunciatum erat verbis. Illud etiam omnimodam fidem merebatur, maximè cum Mœrsanum Regimen affirmaverit, quod prædictus Pastor non modo testationem suam per totum propria manu scripserit; sed etiam homo integræ vitæ, bonæque famæ fuerit, cui plena attribuenda fides. Sanè durius, ac par est, actum fuisset, si adductum Testimonium aut planè rejici, aut quodammodo fugillari debuisset. Etenim cum (ut Mœrsanum Regimen pariter affirmavit) non modò memoratus Bærlen, sed & ejusdem Antecessores extraneorum seu non Parochianorum Matrimonia in Libro Ecclesiastico nec annotarint, nec descripserint, facile accidere posset, ut, si ejusmodi Testimonio fides denegaretur, Matrimonium, seu Legitimitatem asserenti, mortuis testibus, impossibilis injungeretur probatio: id quod & favori Matrimonii nimis contrarium, & legitimitati prolium longè infensum esset. Ad hæc si (ut unanimes est Doctorum Sententia) in his, quæ spectant ad Parochi officium Libris ejus plenè creditur (a), nulla profecto est ratio, cur in casibus, ubi Plebanus ea quæ debet, Libro haud inserit, sed solummodò de gestis At-

T 3

testatum

(a) Nicol. De Passer. de Script. privat. Lib. 9. Quæst. 13.



testatum exarat, cur inquam ejusmodi Attestato non æquè ac Libro credendum? maximè cum Attestatum ab illo ipso, à quo Liber confectus, omnisque ad Librum Recursus sit denegatus.

§. 15.

Verum quidem est, quod Repelensis Minister testes haud nominaverit, neque eorum nomina apposuerit, sed simpliciter Matrimonium in præsentia duorum Testium celebratum esse retulerit. Interim nec ea nominum editio absolutè necessaria est, nec inde quidquam adversi eruere licet. Si namque prædictus Minister dolos committere, ac falsa fabricari voluisset, facile illi etiam fuisset testes effingere, artesque suas ita exercere, ut non immemor mendax existeret. Quocirca omissa testium denominatio nil mali præfagit, neque ullum movet scrupulum, quin potius statuendum, quod Incuria ac Ministri culpa reo nullum queat asserere præjudicium, præsertim cum teste MAS-CARDO (b), Filium esse Legitimum probari possit, per solam assertionem Clerici, Parentes scilicet contraxisse Matrimonium in facie Ecclesiæ; Præterea laudatum Parochi Attestatum varia præsumtionum genera, varia probationum momenta comitabantur, quæ si unà sumferis, quin plena inde probatio resultet, nullus relinquitur dubitandi locus.

§. 16.

Reliqua quæ Attestato opponebantur, adeo levidensia erant, ut ne memorari quidem mereantur. Quæso quis suspectum assereret, quod Attestatum eodem Die quo Nuptiæ celebrabantur, confectum esset? Num forte Parocho impossibile erat, uno eodemque Die & Benedictionem Sacerdotalem peragere, & peractæ Testimonium edere? Quis porro Ministrum falsi reum aget, quod Attestatum suum nomine Consistorii subscripserit, Consistorialique munierit Sigillo? Esto quod Actus Copulationis utpote Libro Ecclesiastico non insertus, Consistorialis dici nequeat; Esto quod Parochus Attestatum nomine Consistorii subscribere haud debuerit, num ideo falsum adstruendum? Nimiam quidem auctoritatem Parochum sibi arrogasse, fatendum.

At eundem falsi reum esse, nemo profectò statuet, nisi qui falsi naturam ignorat: imo Parochum Consistoriali Sigillo malè usum fuisse, ab Actoribus hætenus probatum non erat. Neque etiam jam sæpius allegato Attestato quicquam oblitit, quod Minister Repelensis van Essen Actum Copulationis Libro Ecclesiastico insertum falso testificatus fuerit. Commiserit is enim tot falsa, quot possibilia sunt, adde huic falso innumera alia, idcirco tamen prædicto Testimonio quicquam detrahere, illive malam notam innuere, haud licebit.

Illud verò non nisi insolens proptervumque censerì debebat, quod Actores de vera Ministri Bærlen manu dubitare ausi fuerint. Manum bona jam tum fide agnoverant, adeoque Consilium in rei detrimentum modo immutare eò minus fas erat, quo infirmiori illa immutandi ratio Fundamento nititur, quod scilicet Actum Copulationis Libro Ecclesiastico haud insertum postea compererint. Certe ni à disparibus argumentari

(b) de Probationibus Conclus. 799. num. 12.

mentari libuerit, veritatem manus per omiffam Actus insertionem impugnare frustraneum erat conamen, præcipue ubi Mœrfanum Regimen apertè profitebatur, quod antefati Bærlen manus ipsi bene cognita, & adductum à reo Attestatum propriâ ejusdem manu per totum fuerit conscriptum. Verum quidem est, quod Actores à Mœrfano Regimine haud fuerint citati. Sed quid etiam Citatione opus? Præfatum Regimen neque Actum Jurisdictionis exercuit, neque ad comparationem manus tanquam solitum probandi medium fuit digressum, & qui etiam digredi potuisset? Actores manum nondum fuerant diffessi, ad quod igitur comparatio, aut quo Jure eandem à Mœrfano Regimine peractam asseri poterit; Utiq; præfatum Regimen manum recognoverat, ejusdemque veritatem sat energice testificatum est. An ad hoc Actorum Citatio requirebatur?

§. 17.

Irrefragabili huic Testimonio duorum Testium Elogia adhucdum suffragabantur. Hi nimirum unanimi ore deponebant, defunctum Ministrum Bærlen ipsis non modò contrahendum à Libero Barone de Hompesch Matrimonium per Famulum indicasse, verum etiam ut ad nuptialem festivitatem accederent, postulasse, cui & ipsi morem gessissent, & meritum inde reportassent præmium. Equidem Actores ad videndum jurare Testes & formandum Interrogatoria haud erant citati; Ast illi ut Testes omni exceptione majores pleneque probantes non admittendi, eoque minus, cum ipsismet Matrimonii Contractum, seu Actum Copulationis nequidem affirmaverint, sed de externis quibusdam remotisque Solemnitatibus tantummodò memoraverint.

Attamen firmum indubiumque manet, eos haud parum adminiculatos fuisse, Parochique Attestato non nihil super addidisse ponderis: quandoquidem neque contra illorum personas, neque contra dicta exceptum, insimulque omnè inductionis ac suspicionis periculum longe aberat.

§. 18.

Quibus accedebant fortissimæ Juris Præsumptiones in primis.

Rei Pater Joannes Wilhelmus de Hompesch Herminam Alexandrinam de Calcum Legitimam Uxorem suam publicè renunciavit, appellavitque, atque in Supplicâ Rurali Decano porrectâ inquit, wo ich mit meiner Frau Ehe-Gemahlin copuliret worden, ac porro in informatione ad Dicasterium intimum exhibita querulatus, daß mir unter Straf von Fünf Hundert Gold-Gulden aufgeben sollen, meine Frau also fort zu dimitiren, denique in humillimâ Supplicâ ad Borussia Regem attestatus, Euer Königliche Majestät erinneren Sich gnädigst, sonst zur geschwinden Nachricht hierbegehret, was gestalten dieselbe den zwischen mir und sicheren geböhrenen von Lohausen angegangenen Heyrath in Hohen Königlichen Gnaden bestätiget, per quam geminatam confessionem Matrimonium sufficienter probari, docet MASCARDUS (c).

Porro in confesso erat, nec ab Actoribus contradicium, quod prædictus de Hompesch Herminam de Calcum non modo ut Legitimam Uxorem publice tractarit, verum

(c) de Probationibus Conclusionem. 1030.



verum etiam illi per viginti pluresque Annos cohabitavit, pluresque ex eâ suscitavit natos; Unde iterum Matrimonium probatum, seu potius præsumitur (d).

Insuper ista quoque Cohabitatio non ut Contubernium quoddam concubinarium-ve Commercium, sed ut verum Matrimonium tam ab inimicis quam amicis habita est. Solide vero deduxit b. HERTIUS (e), effectus putativi Matrimonii eosdem, ac veri, Jure communi esse, v. gr. natos ex eo censi legitimos, & succedere ut legitimos.

Tandem Sententia, quam adversarius Decanus Ruralis tulerat, diserte pronuntiabatur, daß die zwischen obwohl obgedachten Freyherrn von Hompesch zu Nürich mit sicherer gebornen von Lohausen getroffene Heirath für null und nichtig zu erklären, transmissæque à Clivensi Regimine intercessionales Literæ inter alia referebant, ermeldeten Land-Dechanten in Ansehung besagten Freyherrn von Hompesch, und dessen Ehegattinnen, als beyde der Evangelisch-Reformirten Religion zugethan, zumahlen keine Competenz oder Cognition gebühren mag. Quin & ipse Borussia Rex se præfati de Hompesch Matrimonium confirmasse palam testabatur.

Quis itaque de probato Matrimonio dubitare poterat? quis allatas probationes insufficientes asserere, quis adducta Instrumenta rejicere, quis plura requirere? omnia simul sumta eo plenior probatio efficiunt, quo clarius est, quod Matrimonium incidenter tantum ad Legitimam Successionem in Quæstionem deductum fuerit, adeoque tradente jam sæpius laudato MASCARDO, leviores probationes sufficiant.

Quid quod (ut LEYSERUS (f) docte admonet) probationum Argumenta etiam in verisimilibus Conjecturis atque Indiciis, quippe quæ etiam Legitimi probationis modi sunt, L. 19. Cod. de Rei vindicat. consistere possunt, adeo ut licet plena probatio deficiat, Nuptiæ præsumantur.

Ex quibus Rationibus in Camera Imperiali confirmatoria Mense Mart. 1760. publicata.

OBSERVATIO DXV.

Non omnia quæ pro forma Nuptiarum requiruntur, etiam pro forma Legitima Libero- rum nativitatis necessaria sunt.

§. I.

Probato in casu Observationis præcedentis ad exigentiam Juris Matrimonio, supererat, ut in ejus validitatem inquireretur. Illud non præmissis Denunciationibus, five Proclamationibus contractum fuisse, Rei Pater eo ipso prodidit, dum Regiam desuper petiit dispensationem.

An vero & quousque hæc dispensatio istis in terris sese protendere, ac vires exercere queat, prolixius discutere haud juvabat, siquidem non modò apud Protestantes, sed Catholicos quoque tralatitium est, denunciations spectare duntaxat ad solennitatem extrin-

(d) *Ide m Conclus. 1025. num. 44.*

(e) *Tom. I. Opusc. de Matrimon. Putativo.*

(f) *in Meditat. ad Pandect. Specim. 297. Meditat. I.*

extrinsecam & accidentalem; ac propterea si omittantur, non ideo vitari Matrimonium. De Catholicis quidem præter innumeros alios REIFFENSTUHL (a) ita tradit, hancque Sententiam & communissimam & hodie certam esse addit. De Protestantibus BOEHMERUS (b) scribit: Interim omissa denunciatio Matrimonium non reddit nullum, sed Liberi inde nati, omninò sunt Legitimi (c). Dissentit quidem MENOCHIUS (d) existimans Matrimonium nullum esse, cum Denunciatio pro forma sit: id quod deducit ex verbis Concilii Tridentini Denunciationibus factis, cum duo casus ablativi absoluti involvant conditionem, hæc verò formam. Sed hæc ratio valde hiulea est: nec statim defectus alicujus requisiti, quod tantum ad majorem securitatem exigitur, vitium nullitatis inducit. Multo minus Argumentum à duobus Casibus ablativis absolutis stringit.

§. 2.

Non minus de Jure Ecclesiastico Protestantium expeditum est, quod ad validitatem Matrimonii non requiratur, ut proprius ei assistat Parochus (e): quod si Parochus extraneus absque Licentiâ proprii huic Actui adhibetur, Connubium subsistit. In quo mores profus recessisse videntur à Canonum Dispositionibus. Canonistæ enim assistentiam, vel saltim ejus Licentiâ expetunt, sub Lege nullitatis: quia hoc ipsum pro forma requiritur, in Concilio Tridentino, qua non servatâ Matrimonium est nullum, adeo ut nequidem in Articulo mortis hæc omitti possit. Quod fufius enucleat SANCHEZ (f). In nostris vero Ecclesiis ubique ferè locorum res aliter sese habet. Nihil ibi frequentius, quam ut Liberi metuentes, ne Parentes eorum sint dissensuri, clanculum Parochos ruri compellant, eosque ad hierologiam impertiendam inducant: ubi Matrimonium ex ea ratione, quod ab alieno Parocho Benedictio suscepta fuerit, non est nullum.

Et hæc BOEHMERI Doctrina non modo Analogiæ Juris longè conformior est, sed etiam Mathematicæ, ut ajunt, demonstrari valet, si namque ut perhibente BERGERO (g), communis Protestantium fert opinio, præsentia Parochi, ut & Benedictio Sacerdotalis essentialia Matrimonii requisitum haud constituunt; irrefragabiliter inde consequitur, existentiam extranei Parochi Matrimonium irritare haud valere. Alioquin irritum redderet, quod ad essentialiam nequidem pertinet. Id quod à sanâ Philosophiâ, quam maxime abhorret. Hinc etiam liquet, quod licet Repelenfis Minister Bærlæm proprius sponsi, sponsæve Parochus non fuerit, contractum eo assistente Matrimonium nihilominus subsisterit.

§. 3.

(a) ad X. L. 4. tit. 3. §. 1. num. 15.

(b) in Jure Paroch. Sect. 4. Cap. 3. §. 7. & Jur. Ecclesiast. Protestant. L. IV. T. III. §. XXXIII.

(c) Vide Christinaum Volum. I. Decis. 327.

(d) L. 4. Consil. 398. num. 4.

(e) Laudatus modo Boehmerus citat. Cap. 3. §. 14.

(f) de Matrimonio Lib. 3. Disputat. 17.

(g) in Oeconom. Jur. lib. 1. tit. 3. §. 8. num. 4.

GRAM. Observ. T. II.



§. 3.

Illud porrò irritum ac nullum ex hoc Capite declarari nequit, quod Rei Mater à priori Marito suo Theodoro van den Backenhagen ob malitiosam desertionem separata, Matrimonii Vinculum dissolutum, adeoque ei tanquam parti nocenti, secundas Nuptias inire, haud integrum fuerit. Etenim inter Protestantes adhuc controvertitur, num nocenti æque ac innocenti libertas secundarum Nuptiarum competat. Sunt, (inquit DE NEUMANN (h)).

Qui ex Cap. 12. X. de Præsunt. colligunt, hanc Licentiam demum mortuâ parte nocente, quæque divortio ansam dedit, innocenti competere, adeoque ipsum Matrimonium quoad Vinculum etiam post divortium subsistere. Quibus & favet Concilium Eliberitanum Cauf. 37. Quæst. 7. Can. 8. & Tridentium Sessio. 24. de Sacramento Matrimonii Can. 5. Atque Ratio hujus asserti sine dubio ex erroneâ de Sacramento Matrimonii Doctrina est petenda. Alii contra verioribus sanæ rationis Principiis innixi, soluto Matrimonio, ipsum quoque ejus Vinculum solvi, Conjugesque utrinque Liberos esse, putant. Si itaque adhuc dubium est, quis Quæstionis hujus decisorem aget? quem ejusmodi in rebus Protestantes nullum agnoscunt. Quis Matrimonium annullabit? cum Legem irritantem haud valeat assignare. Et quis eum invalide nulliterque egisse dicet, qui non tantum probabilem, sed etiam ut quidam Protestantium volunt, probabiliorem amplexus est Sententiam, quid, quod Judicium fecutum fortassis illud BOEHMERI (i). Consilium, in foris Protestantium semper rem ita temperandam esse, ut ab impositione Coelibatus rigorosa sese temperent Judicia: præsertim eum Rei Matri poenam perpetui Coelibatus haud addixerint, ita ut illa Actus contra Judicis prohibitionem gestine insimulari quidem valeat.

Cæterum etiam prior ejusdem Maritus memoratus van den Backenhagen secundas Nuptias celebravit. Atque hinc nullus scrupulus remansit, quin si non licite, saltem valide denuo nupserit.

§. 4.

Maritum verò, five Rei Patrem quod attinet, impedimentum disparitatis cultus frustra illi ab Actoribus affingebatur, quippe qui non modo 20mâ. Aprilis 1722. Decano Rurali declaraverat, daß in meiner Religion ich unter keiner Catholischer Christianität obediencie dependire: verum etiam Mense Julio ejusdem Anni in Pago Linnich publicam Augustanæ Confessionis emiserat professionem. Equidem post contractum modò Matrimonium id contigisse dices. Ita etiam est. Sed num inde recte deducendum, eum usque ad ultimum Professionis momentum, Catholicam tenuisse fidem? Hallucinabitur profecto qui ita dixerit. Religio enim ejusdemque mutatio à sola mente atque animo dependet, nec publicam requirit Professionem. Hinc liquido apparet, ad probandam Religionis mutationem, unam ejus declarationem sufficere, qui de internis

(h) in *Meditat. Jur. Principum privat. Tom. II. Tit. 38. §. 52e.*

(i) ad *X. L. 4. Tit. 19 §. 44.*

ternis Animi sui sensis testatur, seque modo ante Professionis Actum fidem mutasse pandit.

Fac etiam Rei Patrem tempore initi Matrimonii Catholicorum Castra adhuc sectatum fuisse; num ideo Connubium dirimendum venit?

§. 5.

Pone porro quod Matrimonium solenniter celebratum non fuerit, quod Parochus ei non adstiterit, quod Benedictio Sacerdotalis non accesserit, quod nulli Testes interfuerint, num reus propterea renunciandus erit spurius? Cum in eo versetur casu, ubi Tridentinæ Constitutiones nullâ authoritate pollent, aliam quoque Sententiam ferre oportebit. Nimirum dato Casu Matrimonium saltem clandestinum adesse, ea, quæ supra adducta sunt, luculentissimè demonstrant. Unde & suâ sponte fluit, quod procreati ex eo Liberi Legitimi haberi debeant, cum ea communis & vulgata Protestantium Doctrina sit. Ita namque PISTOR. (k) scribit, cum solus Consensus nedum Carnali Copula accedente Matrimonium constituat, atque Sponsalia de futuro, saltem subsecuta Carnali Copula instar Matrimonii obtineant; utique Filius post ejusmodi Sponsalia natus non minus videtur Legitimus, quam si Matrimonium jam in Conspectu Ecclesiæ consummatum esset. Adstipulatur MEVIUS (l) verbis: Copula Sacerdotalis per Ecclesiæ introductum Ritum ad decentius meliusque esse quidem, non tamen ad substantiam Matrimonii necessaria est. Quemadmodum itaque Liberi, qui ex desponsatorum Coitu nascuntur, si non subsequitur Benedictio Sacerdotalis, quia antea altera Pars, vel moritur vel aufugit, non minus Legitimi sunt, ita & qui ex solutis procreantur, quando hi postea Sponsalia de præfenti contrahunt, non possunt non censei Legitimati, cum verum sit, & habeatur Matrimonium.

Ita LEYSERUS (m) contra BOEHMERUM disputans, ego, inquit, hoc non negò, sed lubens Cohabitationem desponsatorum Nuptias non esse, nec desponsatos illos Conjuges appellari posse, nec sibi invicem tanquam Conjuges succedere, nec cæteris Conjugum Juribus frui fateor. Id verò Liberis non nocet, quam diu BOEHMERUS non ostendit, Benedictionem Sacerdotalem pro formâ Legitimæ nativitatis desiderari. Hoc ostendet nunquam. Certè Jus Romanum in L. 22. Cod. de Nuptiis & Canonikum in C. 12. X. qui Filii sint Legitimi, Liberos ex solis Sponsalibus natos, etsi solennia Nuptialia non accesserint, Legitimos esse jubet. Quam Jurium apud nos receptorum Constitutionem, Leges Provinciales non sustulerunt. Retinemus ergò eandem meritò, negamusque Majorem BOEHMERI propositionem, quod omnia quæ pro forma Nuptiarum requiruntur, etiam pro forma Legitimæ Liberorum nativitatis necessaria sint, neque hoc tantum in Successione Allodiali, nec saltem inter privatos, verum & in Feudis, & inter Principes Juris est. Ita tandem ipsemet BOEHMERUS (n),

U 2

hanc

(k) *Obs.* 83. num. 4.

(l) *Part. II. Decis.* 81.

(m) *Meditat. Specim.* 398. *Meditat.* 3.

(n) *Jur. Ecclesiast. Protestant. Lib.* 4. *Tit.* 3. §. 54.



hanc Sententiam in foro obtinere fatetur, addens id ipsum unice incauto (sic illi taxare placet) pruritu, Jus Canonicum ubique applicandi tribuendum esse.

§. 6.

Imò non tantum Protestantibus sed & Catholicis ea Sententia sedet. E pluribus unum saltem alterumve adducamus. Ipse Cardinalis PALÆOTUS disertè statuit (o), Matrimonium solo Consensu constare, eumque quamvis Clandestinum reddere Filios Legitimos, cum is solus sufficiat. PALÆOTO mirum quantum applaudit Ingolstadtensis Academia quondam Antecessor, FRANC. ZOANETTI (p) putarim scribens, nempe ego, si Matrimonium etiam Clandestinum ante istius Votum cum Matre contraxerit Pater, absque dubio genitum postea Filium legitimæ, ac de legitimo Matrimonio ortum esse. Clandestinitas namque Matrimonii non reddit illud illegitimum nec sobolem progenitam illegitimam facit, tametsi Contrahentibus istis pœnitentia quædam injungatur.

Utrumque sequitur MASCARD. (q) referens, quando nullum subest impedimentum, & tunc Clandestinitas non spectatur, nec ulla attenditur, quoad validitatem Matrimonii, & Legitimitatem Proles.

§. 7.

Dices Catholicos de Matrimoniis ante Tridentinum contractis, ut & de Locis, ubi Concilium receptum non est, intelligendos, & Protestantes de casu, ubi Municipalis Lex deficit, quæ certarum solemnitarum Observationem injungat, & insuper initum pronunciet Matrimonium, absque his ritibus contractum. Utrumque si concedatur, quid inde inferendum? Concilium Tridentinum, an Mœrsiæ unquam receptum fuerit, dubium est, Esto etiam, quod receptum fuerit, modò tamen illud ibidem non amplius vigere certum est. Neque porro ab Actoribus probatum, imo nequidem memoratum, Mœrsiæ Municipalem Legem existere, quæ præsentiam Parochi & duorum Testium ad validitatem Matrimonii requirat, Connubiumque aliter contractum irritet. Quid itaque nobis cum isthac exceptione, quid cum limitatione Regulæ? Objiciebant denique Actores Ordinatione Politica Fol. 16. cautum esse, daß keine Ehe-Gelöbde, Versprechung und Vertrauen, so nicht in Gegenwartigkeit des Pastors eines jeden Orts, und eines Priesters, welcher gerührter Priester darzu erlaubet, und zweyen oder dreyen Zeugen mit öffentlichen Reden, klaren verständlichen und darzu dienlichen Worten beschehen, kräftig und verbündlich zu achten, sondern alle Ehe-Gelöbden, Versprechung und Vertrauen so oberzehleter massen nicht zugegangen, allerdings nichtig, kraftlos, und ohne einige Wirkung seyn solle.

Ast quid Ordinatio Politica? non enim Matrimonium, de quo quæritur, in terris Juliacensibus, sed in Repelen certo Mœrsiæ Pago contractum ex superioribus liquet, quocirca non ad has Leges & Consuetudines, sed ad solennia Loci, ubi contractum

Matri-

(o) de Not. Cap. 5.

(p) Rev. Quotidian. Cap. 64.

(q) de Probat. Conclus. 1036. num. 3.

Matrimonium, respici debere vel dupondii norunt. Id quod eousque procedit, ut Actus absque Solennitatibus à Statuto præscriptis gestus valeat, si quis extra Territorium contraxerit (r).

Urgebant interea Actores, Rei Patrem ac Matrem non modò istis in terris natos & educatos sed & subditos, Statutisque ligatos, adeoque in fraudem & circumductionem Ordinationis Politicæ ad locum, ubi eadem dispositio non obtinet, neque excurrere, neque validè contrahere potuisse, prout id à Sacra Congregatione Cardinalium decisum & ab URBANO octavo confirmatum.

